crediderant] 'zu dem Glauben gekommen waren' (Kap. 18, 11; 2, 18, 9). Das Plusqpf. stellt den Schrecken deutlicher als Folge dieses Irrtums hin als das Impf. *credebant*.

8. *signa transf.*] 'ihre Angriffe richteten'. 7, 34, 13 *huc atque illuc signa moveri . . . videtis*.

9. *una spes erat*] = *spes tamen erat castra defendi posse*. Die Bedingung bezieht sich auf das, was gehofft wurde. Wir können aus der Bedingung einen Objektsatz mit 'daß' machen.

aliae . . . aliae] Livius meint wohl, das römische Heer habe aus vier Legionen bestanden.

superatas munitiones, utrimque inveni hostem nuntiaretur, in armis milites tenuit, si opus foret auxilio, collegam dictitans ad se missurum. huius adrogantiam pertinacia alterius aequabat, qui, ne quam opem ab inimico videretur petisse, vinci ab hoste quam vincere per civem maluit. diu in medio caesi milites; postremo desertis munitionibus perpauca in maiora castra, pars maxima atque ipse Sergius Romam pertenderunt. ubi cum omnem culpam in collegam inclinaret, acciri Verginium ex castris, interea praeesse legatos placuit. acta deinde in senatu res est certatumque inter collegas maledictis. pauci rei publicae, huic atque illi, ut quosque studium privatim aut gratia occupaverant, adsunt.

Primores patrum, sive culpa sive infelicitate imperatorum tam ignominiosa clades accepta esset, censuere non expectandum iustum tempus comitiorum, sed extemplo novos tribunos militum creandos esse, qui Kal. Octobribus magistratum occiperent. in quam sententiam cum pedibus iretur, ceteri tribuni militum nihil contradicere. at enimvero Sergius Ver-

10. *munitiones*] zwischen den Kas-tellen.

nuntiaretur] Das Passiv von *nuntiare* wird von Livius öfter unpersönlich mit Acc. c. Inf. als persönlich mit Nom. c. inf. konstruiert (Kap. 39, 5; 4, 53, 3 u. 58, 4; 6, 27, 10; 7, 27, 5 etc.).

12. *in medio*] zwischen den von beiden Seiten eindringenden Feinden.

percipere] ein seltenes Wort, bei Livius nur hier, = *contenderunt*.

praeesse legatos] scil. *castris*. Das Kommando wird den Unterfeldherrn übergeben, weil das gesamte Kollegium der Konsulartribunen ab-danken soll.

13. *pauci*] Als entsprechender Gegensatz ist vor *huic* zu denken: *ceteri* oder *plerique*. Dazu ist nähere Bestimmung *ut quosque* etc., 'je nachdem einen jeden persönliche Vorliebe oder Gunst bestimmte'.

quosque] In Verbindung mit *ut* ist der Plural von *quisque* selten (10, 35, 8; 37, 43, 8).

occupaverant] Plusqpf., wie § 7 *crediderant*. Bei der Trennung der Subjekte im Sing. durch *aut* ist der Plural des Verbs ungewöhnlich. Cic. off. 1, 41 *si quid Socrates aut Aristippus contra morem consuetu-*

dinemque civilem fecerint locutive sint.

9. 1. *esset*] Der Konj. bezeichnet den Satz als eine Ansicht der *primores*, welche mit dem Acc. c. Inf. zu verbinden ist.

occipere] ein altertümliches Wort. *magistratum occipere* findet sich oft bei Livius (Kap. 11, 11 u. 32, 1) u. Tacitus. Üblicher ist *magistratum inire*.

2. *pedibus*] Die Abstimmungen über wichtige Anträge im Senat fanden dadurch statt, daß man nach verschiedenen Seiten aus einander trat (durch *discessio*). 'Über diesen Antrag wird abgestimmt' heißt: *in hanc sententiam pedibus itur* (Sall. Cat. 50, 4; Liv. 27, 34, 7) oder *in hanc s. disceditur* (Sall. Cat. 55, 1; Liv. 3, 41, 1; 28, 45, 5; 30, 23, 8).

3. *at enimvero*] nachdrückliche Einführung und Beteuerung eines auffallenden Gegensatzes. Der Ausdruck *at enimvero* findet sich nur hier statt *verum enimvero* (Plaut. Capt. 999; Ter. Ad. 255; Cic. Verr. 3, 194; Sall. Cat. 2, 9 u. 20, 10; Liv. 4, 4, 9; 24, 5, 2; 29, 8, 7; 31, 30, 4; 36, 40, 4; 37, 52, 8).

- giniusque, propter quos paenitere magistratum eius anni senatum apparebat, primo deprecari ignominiam, deinde intercedere senatus consulto, negare se ante Idus Decembris, sollemnem
 4 ineundis magistratibus diem, honore abituros esse. inter haec tribuni plebis, cum in concordia hominum secundisque rebus civitatis inviti silentium tenuissent, feroces repente minari tribunis militum, nisi in auctoritate senatus essent, se in vincla
 5 eos duci iussuros esse. tum C. Servilius Ahala tribunus militum: 'quod ad vos attinet, tribuni plebis, minasque vestras, ne ego libenter experirer, quam non plus in iis iuris quam in vobis animi esset; sed nefas est tendere adversus auctori-
 6 tatem senatus. proinde et vos desinite inter nostra certamina locum iniuriae quaerere, et collegae aut facient, quod censet senatus, aut, si pertinacius tendent, dictatorem extemplo dicam,
 7 qui eos abire magistratu cogat.' cum omnium adsensu comprobata oratio esset gaudentque patres sine tribuniciae potestatis terriculis inventam esse aliam vim maiorem ad coërcendos magistratus, victi consensu omnium comitia tribunorum militum habuere, qui Kal. Octobribus magistratum occiperent, seque ante eam diem magistratu abdicavere.
- 10 L. Valerio Potito quartum, M. Furio Camillo iterum, M'. Aemilio Mamercino tertium, Cn. Cornelio Cosso iterum, K. Fabio Ambusto, L. Iulio Iulo tribunis militum consulari potestate

primo] vor der Abstimmung;
deinde, nach derselben.

negare] Eine Abberufung der Beamten giebt es im römischen Staatsrecht nicht. In dringenden Fällen fordert der Senat die Magistrate zur Niederlegung ihres Amtes auf, und diese gehorchen (Kap. 31, 8).

sollemnem . . . diem] 'dem gewöhnlichen Tag für . . .'

5. *ne ego*] Das versichernde Modaladverb *nē* ('fürwahr', *vñ, val*, Liv. 9, 19, 10; 26, 6, 15; 28, 42, 2; oft bei Plaut., Ter., Cicero) hat seine Stelle regelmäsig vor einem Pronomen.

experirer] Da der Senat die Volkstribunen nicht um ihr Einschreiten ersucht hat, so würde Servilius gern eine Probe machen, ob er nicht sein Amt gegen sie behaupten könnte, d. h. wie sehr in ihren Drohungen nicht mehr Recht liege als Mut in ihnen selbst (vgl. 39, 36, 1 *quam non ex aequo disceptatio futura esset*).

6. *nostra*] zwischen dem Senat u. den Konsulartribunen.

dicam] 'ernennen, wählen', näml. wenn der Senat sich dafür entscheidet.

cogat] Kraft seines höheren Imperiums kann der Diktator die Konsuln und Konsulartribunen an der Ausübung ihrer Amtsgewalt hindern u. zur Abdankung nötigen.

8. *ante eam diem*] am 30. Sept., *pridie eius diei*.

Kap. 10—12. Das Jahr 353 der Stadt (401 v. Chr.).

10. 1. *Camillo iterum*] Vgl. Kap. 1, 2. Camillus ist dieses Jahr zum erstenmal Konsulartribun, Cossus aber (nach den kapitol. Fasten) zum drittenmal; er hatte das Amt schon 406 u. 404 v. Chr. bekleidet.

K. Fabio] Caeso Fabius war 409 v. Chr. Quästor, darauf viermal Konsulartribun (404, 395, 390).

L. Iulio] verschieden von dem früher genannten (Kap. 1, 2), auch 397 Konsulartribun.

multa domi militiaeque gesta. nam et bellum multiplex fuit 2
eodem tempore, ad Veios et ad Capenam et ad Falerios et in
Volscis, ut Anxur ab hostibus recuperaretur, et Romae simul 3
dilectu simul tributo conferendo laboratum est, et de tribunis
plebi cooptandis contentio fuit, et haud parvum motum duo
iudicia eorum, qui paulo ante consulari potestate fuerant, ex-
civere.

Omniun primum tribunis militum fuit dilectum haberi, 4
nec iuniores modo conscripti, sed seniores etiam coacti nomina
dare, ut urbis custodiam agerent. quantum autem augebatur 5
militum numerus, tanto maiore pecunia in stipendium opus
erat; eaque tributo conferebatur invitis conferentibus, qui domi
remanebant, quia tuentibus urbem opera quoque militari la-
borandum serviendumque rei publicae erat. haec, per se gravia, 6
indigniora ut viderentur, tribuni plebis seditiosis contionibus
faciebant, ideo aera militibus constituta esse arguendo, ut
plebis partem militia, partem tributo conficerent. unum bel- 7
lum annum iam tertium trahi et consulto male geri, ut diu-
tius gerant. in quattuor deinde bella uno dilectu exercitus
scriptos, et pueros quoque ac senes extractos. iam non aesta- 8

3. *simul . . . simul*] Diese Korre-
sponsion (hier Unterabteilung bei
et . . . et) findet sich zuerst bei Cä-
sar einmal (b. G. 4, 13, 5), dann zu-
weilen bei Vergil und Livius (21,
33, 5; 24, 12, 4; 27, 15, 14 u. oft),
nie bei Cicero.

laboratum est] man hatte
Schwierigkeiten, kam ins Gedränge.

cooptandis] Dieses Wort bezeich-
net die Ergänzung eines nicht voll-
zähligen Kollegiums, zumal des
Augurnkollegiums, durch die von
den vorhandenen Mitgliedern vor-
genommene Ernennung der Amts-
genossen.

4. *primum*] hier Adjektiv, wie
Sall. lug. 76, 6 *aurum atque argen-
tum et alia, quae prima ducuntur,
domum regiam comportant.*

iuniores] im dienstpflchtigen
Alter, vom 18. bis zum 44. Lebens-
jahr; *seniores*, von 45 bis 60 Jahren.

nomina] *nomen do, edo, profiteor*,
'ich melde mich an'.

5. *quantum*] adverbialer Accus.
des Mafses bei *augeri*. Es könnte
auch der Abl. stehen (22, 40, 7
parte dimidia auctas hostium copias

cernebat). Kap. 23, 4; 36, 4. 6, 38, 5.
22, 18, 2. 27, 47, 11. 32, 5, 2.

invitis conferentibus] ein unklas-
sischer Abl. abs. statt *cum ei* (näml.
die *seniores* § 4) *inviti conferrent*.

6. *conficerent*] Subjekt: man, d. h.
der Senat u. die Konsulartribunen;
ebenso bei *gerant* § 7.

7. *iam tertium*] seit der Ein-
schliessung der Stadt und der An-
legung von Winterquartieren; schon
zwei Jahre vorher war mit den
Vejentern gekämpft worden.

trahi] so oft bei Livius, selten
bellum ducere (22, 25, 4), wie bei
Cäsar regelmäfsig: Kap. 11, 8.

pueros] 'Knaben' bis zum Be-
ginne des 17. Jahres, in welchem
die Männertoga angezogen u. der
Rekrutendienst geleistet wurde. Wie
senes für *seniores*, steht *pueros* hier
wohl übertreibend für die *tirones*,
welche wohl früher als sonst in die
Legionen eingeteilt wurden. (Doch
werden 22, 57, 9 und 25, 5, 8 auch
Knaben unter 17 Jahren ausge-
hoben.)

extractos] 'hervorgezogen', = *co-
actos nomina dare* § 4.

- tis nec hiemis discrimen esse, ne ulla quies umquam miserae
 9 plebi sit, quae etiam vectigalis ad ultimum facta sit, ut cum
 confecta labore, vulneribus, postremo aetate corpora rettulerint
 incultaque omnia diutino dominorum desiderio domi invenerint,
 tributum ex adfecta re familiari pendant aeraque militaria
 velut faenore accepta multiplicia rei publicae reddant.
- 10 Inter dilectum tributumque et occupatos animos maiorum
 rerum curis comitiis tribunorum plebis numerus expleri ne-
 11 quiit. pugnatum inde, in loca vacua ut patricii cooptarentur.
 postquam obtineri non poterat, tamen labefactandae legis Tre-
 boniae causa effectum est, ut cooptarentur tribuni plebis
 C. Lacerius et M. Acutius haud dubie patriciorum opibus.
- 11 Fors ita tulit, ut eo anno tribunus plebis Cn. Trebonius
 2 esset, qui nomini ac familiae debitum praestare videretur Tre-
 boniae legis patrociniū. is, quod petissent patres quidam,
 primo incepto repulsi, tandem tribunos militum expugnasse

8. *vectigalis*] 'steuerpflichtig'. Zur Bestreitung des Soldes mußte ein höheres *tributum* bezogen werden (§ 5), was einer neuen Grundsteuer (*vectigal*) gleichkam.

9. *confecta*] 'entkräftet, zerrüttet', mit *corpora* zu verbinden, stärker als *adfecta*.

inculta] Während der langen Abwesenheit der plebejischen Hausväter wurden ihre Felder schlecht besorgt.

aeraque etc.] Die Plebejer erhalten den Sold (seit fünf Jahren) gleichsam nur als ein Darlehn, um ihn dann nach Vollendung der Dienstzeit durch Entrichtung des hohen Tributums mit großen Zinsen wieder zurückzubezahlen.

10. *inter*] 'während', die Zeit bestimmend, in seltener Weise mit einem Particip verbunden (Sall. Cat. 43, 3 *inter haec parata atque decreta*).

tributum] kurz statt *tributi collationem*, durch *que* mit *dilectum* zu einem Glied zusammengefaßt.

maiorum rerum] näml. *quattuor bellorum* (§ 2 u. 7).

nequii] Der ganze Vorgang wird unklar erzählt. Es scheint, daß infolge der Umtriebe der Patrizier

nur acht Bewerber die nötige Stimmzahl erreichten.

11. *ut patricii cooptarentur*] Die Lex Trebonia vom J. 448 v. Chr. (3, 65, 4) untersagte die Kooptation von Volkstribunen. Dazu war schon bei der Einsetzung dieses Amtes (493 v. Chr.) bestimmt worden, *ne cui patrum capere eum magistratum liceret* (2, 33, 1).

postquam] bei Livius und Sallust oft mit Imperf. zur Bezeichnung eines Zustandes, namentlich in negierten Sätzen (Kap. 12, 6; 39, 2).

11. 1. *qui etc.*] welcher ... auf sich zu nehmen schien. Es war bloßer Schein, da sein Widerstand gegen die Verletzung des Gesetzes ohne Erfolg war.

2. *patres quidam*] Einige Patrizier hatten darnach gestrebt, zu Volkstribunen kooptiert zu werden; darauf waren aber die Volkstribunen nicht eingegangen.

tribunos militum] Während die sechs Konsulartribunen bei den abtretenden Volkstribunen Widerstand gefunden hatten, gelang es ihnen dagegen, sich mit den neuen Volkstribunen wegen der Aushebung u. der Kriegssteuer für den Augenblick zu verständigen und sie sogar zur Kooptation zweier ihnen günstig gesinnter Männer zu bewegen.

ait, vociferans legem Treboniam sublatam et cooptatos tribunos plebis, non suffragiis populi, sed imperio patriciorum; eo revolvi rem, ut aut patricii aut patriciorum asseculae habendi tribuni plebis sint; eripi sacratas leges, extorqueri tribuniciam potestatem. id fraude patriciorum, scelere ac proditione collegarum factum arguere.

Cum arderent invidia non patres modo, sed etiam tribuni plebis, cooptati pariter et qui cooptaverant, tum ex collegio tres, P. Curiatius, M. Metilius, M. Minucius, trepidi rerum suarum, in Sergium Verginiumque, prioris anni tribunos militares, incurrunt; in eos ab se iram plebis invidiamque die dicta avertunt. quibus dilectus, quibus tributum, quibus diutina militia longinquitasque belli sit gravis, qui clade accepta ad Veios doleant, qui amissis liberis, fratribus, propinquis, adfinibus lugubres domos habeant, his publici privatique doloris exsequendi ius potestatemque ex duobus noxiis capitibus datam ab se memorant:

Omnium namque malorum in Sergio Verginioque causas esse; nec id accusatores magis arguere quam fateri reos, qui noxii ambo alter in alterum causam conferant, fugam Sergi Verginius, Sergius proditionem increpans Vergini. quorum adeo incredibilem amentiam fuisse, ut multo veri similis sit compecto eam rem et communi fraude patriciorum actam. ab his et prius datum locum Veientibus ad incendenda opera belli trahendi causa, et nunc proditum exercitum, tradita Faliscis

3. *eripi* etc.] Der Sprecher übertreibt: man wolle der Plebs das Volkstribunat entreißen u. die beschworenen Gesetze beseitigen, auf welchen dieses Amt beruhe.

arguere] Inf. hist. = *arguebat*, rügte, beschwerte sich, oft mit Acc. c. Inf. (10, 6; 17, 2).

4. *arderent*] in passivem Sinn, 'zu leiden hatten'. Cic. actio pr. 5 *cum invidia et infamia flagraret*.

trepidi rerum suarum] Die nämlichen Worte finden sich 36, 31, 5. Vgl. Verg. Aen. 12, 589 *apes trepidae rerum*.

die dicta] Man beachte den term. techn. *diem dicere*, einen Gerichtstag ankündigen, = vorladen, anklagen. — Am ersten Gerichtstag fand in solchen Fällen bloß die Ankündigung der Anklage statt; dann wurde an drei weiteren Terminen in Kontionen die Unter-

suchung geführt, und nun erst stellte der anklagende Magistrat seinen Strafantrag, über welchen das Volk in den Centuriatkontien entschied.

5. *longinquitas*] = *diuturnitas* (vgl. Kap. 10, 7 u. 15, 5).

exsequendi] = durch gerichtliche Verfolgung 'ahnden', in ungewöhnlicher Weise mit *ex* verbunden.

capitibus] = *hominibus*. Vor allem ist es das Haupt, welches als Sitz der bürgerlichen Ehre, als schuldbehaftet oder fluchbeladen gedacht wird (Vgl. *capitis deminutio*).

6. *namque*] zuerst in der Prosa bei Livius zuweilen zweites Wort des Satzes.

7. *compecto*] 'verabredetermaßen', adverbialer Abl. des zusammengesetzten u. passiv gebrauchten Part. Perf. von *paciscor*; auch *de compecto* (Plaut. Capt. 484, 490).

9 Romana castra. omnia fieri, ut consenescat ad Veios iuventus
 nec de agris nec de aliis commodis plebis ferre ad populum
 10 tribuni frequentiaque urbana celebrare actiones et resistere
 conspirationi patriciorum possint. praeiudicium iam de reis et
 ab senatu et ab populo Romano et ab ipsorum collegis factum
 11 esse; nam et senatus consulto eos ab re publica remotos esse,
 et recusantes abdicare se magistratu dictatoris metu ab colle-
 gis coërcitos esse, et populum Romanum tribunos creasse, qui
 non Idibus Decembribus, die sollempni, sed extemplo Kal. Octo-
 12 bribus magistratum occiperent, quia stare diutius res publica
 his manentibus in magistratu non posset. et tamen eos, tot
 iudiciis confossos praedamnatosque, venire ad populi iudicium
 et existimare defunctos se esse satisque poenarum dedisse,
 13 quod duobus mensibus citius privati facti sint, neque intelle-
 gere nocendi sibi diutius tum potestatem ereptam esse, non
 poenam irrogatam; quippe et collegis abrogatum imperium,
 14 qui certe nihil deliquissent. illos repeterent animos Quirites,
 quos recenti clade accepta habuissent, cum fuga trepidum,
 plenum vulnerum ac pavoris incidentem portis exercitum vi-
 derint, non fortunam aut quemquam deorum, sed hos duces
 15 accusantem. pro certo se habere neminem in contione stare,

9. *nec . . . nec*] 'und weder . . . noch', indem das erste *nec* an das Vorhergehende anknüpft u. zugleich mit dem zweiten korrespondiert. Dies findet sich zuerst bei Cäsar, dann oft bei Sallust u. Livius (1, 59, 1; 3, 5, 6 u. 26, 7; 6, 33, 12 etc.).

frequentiaque etc.] 'ihre Verhandlungen durch die städtische Menge beleben', d. h. die Bedeutung derselben durch die große Zahl der Anwesenden erhöhen.

11. *ab re publica*] scil. *administranda*. So findet sich oft *accedere ad rem publicam* (Cic. p. Rose. Am. 3; Verr. 1, 33; Top. 82), doch auch *acc. ad rem p. administrandam* (Quint. 3, 5, 6).

12. *tamen*] Der Gegensatz zum Vorhergehenden wird noch einmal nachdrücklich zusammengefaßt durch die Worte *tot iudiciis confossos praedamnatosque* ('vernichtet u. gebrandmarkt').

venire] Es war vielmehr zu erwarten, daß sie im Bewußtsein ihrer Schuld ins Exil gehen würden.

defunctos] absolut: sie hätten es

überstanden, seien davongekommen (anders Kap. 5, 7).

citius] 'früher als sonst', gewöhnlich 'eher, leichter' (3, 45, 11 u. 52, 8).

14. *reperent an.*] möchten sich in die Stimmung zurückversetzen.

portis] Ablat. des Weges, = *per portas in urbem*. Vgl. 3, 3, 3 *agrestesque pavidi incidentes portis*; Kap. 26, 8.

viderint] Der Konj. Perf. hebt das Zeitmoment hervor (direkt: *vidistis*), während *vidissent* eine kausale Auffassung zuliefse (direkt: *vidissetis*).

accusantem] nachträgliche Bestimmung zu *exercitum*, nicht mit *viderint* zu verbinden.

15. *pro certo*] Dagegen Kap. 3, 2 *certum habeo*.

in contione] In der Kontio ist das Volk ohne bestimmte Ordnung versammelt, um die Vorträge der Beamten anzuhören. Abstimmungen dagegen finden nur in Komitien statt, indem das Volk sich nach Centurien oder Tribus aufstellt.

qui illo die non caput, domum fortunasque L. Vergini ac M. Sergi sit exsecratus detestatusque. minime convenire, 16 quibus iratos quisque deos precatus sit, in iis sua potestate, cum liceat et oporteat, non uti. numquam deos ipsos admovere nocentibus manus; satis esse, si occasione ulciscendi laesos arment.

His orationibus incitata plebs denis milibus aeris gravis 12 reos condemnat, nequiquam Sergio Martem communem belli fortunamque accusante, Verginio deprecante, ne infelicioi domi quam militiae esset. in hos versa ira populi cooptationis 2 tribunorum fraudisque contra legem Treboniam factae memoriam obscuram fecit.

Victores tribuni, ut praesentem mercedem iudicii plebes 3 haberet, legem agrariam promulgant tributumque conferri prohibent, cum tot exercitibus stipendio opus esset resque militia 4 ita prospere gererentur, ut nullo bello veniretur ad exitum spei. namque Veis castra, quae amissa erant, recuperata castellis praesidiisque firmantur; praerant tribuni militum M. Aemi-

L. Vergini] Die Pränomina sind beigefügt, weil hier die genaue Bezeichnung der Personen am Platze ist und die Verwünschung dadurch eine angemessene Feierlichkeit erhält.

16. *iratos*] proleptisch, = *ut irascantur*. 2, 45, 14 *si fallat, Iovem patrem Gradivumque Martem aliosque iratos invocat deos.*

in iis] Ablativ, wie Kap. 2, 8.

admovere manus] hier = *manus afferre*, sonst ohne den Sinn, daß Gewalt gebraucht werde (z. B. Kap. 22, 4; *operi* Ov. Met. 10, 254 und Curt. 6, 7, 14).

12. 1. *his orationibus*] Andeutung, daß Livius in der vorausgehenden Rede den Inhalt mehrerer Reden zusammengefaßt hat.

aeris gravis] scil. *assium*, Kupferasse von einem Pfund. Bis ums Jahr 270 v. Chr. gab es nur solcheASSE; dann aber wurde das Gewicht des Asses auf $\frac{1}{3}$ Pfund herabgesetzt, und pflegte man das alte Geld als *aes grave* zu bezeichnen.

Martem] Der Schlachtengott ist beiden Teilen gemeinsam ($\xi\nu\nu\delta\varsigma$ Ἐνυάλιος , Hom. Il. 18, 309); er unterhält den Kampf, indem er bald

dieser, bald jener Partei hilft, und macht den Ausgang zweifelhaft; daher der häufige Ausdruck *Mars communis belli* (Cic. p. Sest. 12, p. Mil. 56, de or. 3, 167, ad fam. 6, 4, 1; Liv. 7, 8, 1; 8, 23, 8 u. 31, 5; 28, 41, 14; 30, 30, 20; 42, 14, 4 u. 49, 4).

infelicioi domi] da er selbst vor Veji keinen Verlust erlitten hatte (Kap. 8, 10).

2. Anfänglich hatte sich der Zorn der Plebs auch gegen die Volkstribunen gewendet (Kap. 11, 4); aber durch ihr Auftreten gegen Verginius und Sergius hatten sie sich die Zufriedenheit des Volkes erworben, und der Tribun Trebonius frische die Erinnerung an die Selbstergänzung des Tribunenkollegiums nicht weiter auf.

3. *plebes*] Sie hat den Volkstribunen durch Annahme ihres Strafanzuges gegen die beiden Angeklagten einen Dienst erwiesen und soll dafür sogleich belohnt werden.

4. *militia*] Der Ablativ dieses Wortes wird sonst nicht in der Bedeutung 'im Kriege' gebraucht.

ita ... ut] beschränkend: 'nur insoweit ... daß, zwar ... jedoch'.

ad exitum spei] 'ans Ziel'; Kap. 6, 2.

- 5 lius et K. Fabius. a M. Furio in Faliscis et a Cn. Cornelio
in Capenate agro hostes nulli extra moenia inventi; praedae
actae incendiisque villarum ac frugum vastati fines; oppida
6 nec oppugnata nec obsessa sunt. at in Volscis depopulato
agro Anxur nequiquam oppugnatum loco alto situm et, post-
quam vis irrita erat, vallo fossaque obsideri coeptum. Valerio
Potito Volsci provincia evenerat.
- 7 Hoc statu militarium rerum seditio intestina maiore mole
coorta, quam bella tractabantur; et cum tributum conferri per
tribunos non posset, nec stipendium imperatoribus mitteretur,
aeraque militaria flagitaret miles, haud procul erat, quin castra
8 quoque urbanae seditionis contagione turbarentur. inter has
iras plebis in patres cum tribuni plebi nunc illud tempus esse
dicerent stabiliendae libertatis et ab Sergiis Verginiisque ad
plebeios viros fortes ac strenuos transferendi summi honoris,
9 non tamen ultra processum est, quam ut unus ex plebe, usur-
pandi iuris causa, P. Licinius Calvus tribunus militum con-
sulari potestate crearetur; ceteri patricii creati, P. Manlius,
L. Titinius, P. Maelius, Sp. Furius Medullinus, L. Publilius
11 Volscus. ipsa plebes mirabatur se tantam rem obtinuisse,
non is modo, qui creatus erat, vir nullis ante honoribus usus,
12 vetus tantum senator et aetate iam gravis. nec satis constat,

5. *praedae actae*] Plur. und das Verbum *agere*, weil vorab an Viehherden zu denken ist. 2, 64 3 *ingentes praedas hominum pecorumque egere*; 3, 66, 6; 10, 2, 8 *hominum pecudumque praedas agunt*; 31, 30, 3. Kap. 14, 7 u. 24, 2.

6. *postquam ... erat*] Vgl. Kap. 10, 11.

evenerat] Ebenso 2, 54, 1 *Manlio Veientes provincia evenit* u. 3, 10, 9 *alteri (scil. consuli) ut Volsci, alteri ut Aequi provincia esset*. Kap. 32, 2.

7. *mole*] Macht, Kraftanstrengung. *quam*] = *quam quanta ea moles erat, qua*. Dieselbe Kürze 3, 16, 5 u. 50, 2 etc.

tractabantur] 23, 28, 4 *quemadmodum tractandum in Hispania bellum foret*.

stipendium] 23, 12, 5 u. 48, 4 *dentlicher pecunia in stipendium*.

aeraque] *adversativ*, = *aera autem*.

haud procul erat quin] unklassischer Ausdruck für *haud multum aberat quin*; ebenso 1, 5, 6 (vgl. Kap. 4, 14).

contagione] Vgl. Kap. 6, 11.

8. *iras*] oft im Plur. (z. B. 3, 14, 3; 9, 7, 3), = Erbitterung.

illud tempus] d. h. die lange ersehnte Gelegenheit, 'jetzt sei die Zeit da' (vgl. Kap. 2, 3).

viros fortes ac strenuos] *fortis ac strenuus*, 'mutig und wacker', ist eine bei Nepos und Livius häufige Wortverbindung, wofür Cicero *bonus et fortis* setzt (vgl. 4, 3, 16).

9. *P. Licinius*] Er ist nach Livius (Kap. 18, 5) der erste plebejische Konsulartribun; doch hatten in Wirklichkeit sowohl vorher schon einzelne Plebejer dieses Amt erlangt (vgl. 4, 7, 1 u. 42, 2), als auch sind hier Titinius, Maelius und Publilius für Plebejer zu halten.

11. *honoribus*] Quästur (vgl. 4, 43, 12), Aedilität und Volkstribunat.

senator] Brutus hatte im J. 509 den Senat durch Aufnahme plebejischer Ritter ergänzt (2, 1, 10) und so eine Anzahl Senatorenstellen für Plebejer geschaffen, welche wahrscheinlich auch nachher die den Census abhaltenden Konsuln und

cur primus ac potissimus ad novum delibandum honorem sit habitus; alii Cn. Corneli fratris, qui tribunus militum priore anno fuerat triplexque stipendium equitibus dederat, gratia extractum ad tantum honorem credunt; alii orationem ipsum tempestivam de concordia ordinum patribus plebique gratam habuisse. hac victoria comitiorum exsultantes tribuni plebis, 13 quod maxime rem publicam impediabat, de tributo, remiserunt. collatum oboedienter missumque ad exercitum est.

Anxur in Volscis brevi receptum est neglectis die festo 13 custodiis urbis. — Insignis annus hieme gelida ac nivosa fuit, adeo ut viae clausae, Tiberis innavigabilis fuerit. annona ex ante convecta copia nihil mutavit. et quia P. Licinius, ut 2 ceperat haud tumultuose magistratum maiore gaudio plebis quam indignatione patrum, ita etiam gessit, dulcedo invasit proximis comitiis tribunorum militum plebeios creandi. unus 3 M. Veturius ex patriciis candidatis locum tenuit; plebeios alios tribunos militum consulari potestate omnes fere centuriae dixere, M. Pomponium, Cn. Duillium, Voleronem Publilium, Cn. Genucium, L. Atilium.

Tristem hiemem, sive ex intemperie caeli raptim muta- 4

Censoren wieder mit Plebejern besetzen.

12. *potissimus*] Livius gebraucht diesen Superlativ zuerst in der Prosa von Personen (8, 33, 16; 22, 7, 4). Zur allitterierenden Verbindung vgl. 26, 40, 1 *primum ac potissimum*; 21, 11, 6 *primum aut potissimum*; 8, 29, 2 *prior potiorque* (ebenso 23, 28, 1 u. 24, 24, 3); 36, 7, 6 *prius potiusque*.

fratris] Die beiden waren wahrscheinlich Vettern, vielleicht Stiefbrüder.

dederat] Auch später erhielt ein Reiter den dreifachen Sold eines Fußgängers (7, 41, 8. Pol. 6, 39, 12). Worin das Verdienst des Cn. Cornelius um die Reiter bestand, ist unklar; wahrscheinlich handelte er nach einem Senatsbeschluss (Kap. 7, 12).

extractum] Das Wort (vgl. Kap. 10, 7) deutet darauf, daß ein Widerstand der Patrizier zu überwinden war. 22, 34, 2.

13. *remiserunt*] Der Satz ist zu kurz und nachlässig stilisiert: gaben nach in der Sache, welche am hinderlichsten war für das Staatswohl, inbezug auf die Kriegsteuer.

Kap. 13—15. Die Jahre 354—356 der Stadt: Anxur wieder erobert; Pest in Rom; Kampf gegen Veji; Prodigien.

13. 1. *innavigabilis*] 'nicht schiffbar'. Das Wort findet sich nur hier; ebenso *intrabilis* nur 22, 19, 12. Außerdem hat Livius einige Adjektiva auf *bilis* neu gebildet (z. B. *insociabilis*, *inenarrabilis*).

nihil mutavit] 'änderte sich nicht', d. h. 'stieg nicht'. Das Verbum *mutare* wird zuweilen intransitiv gebraucht (3, 10, 6; 9, 12, 3; 39, 51, 10).

2. *haud tumultuose*] Litotes: gar nicht geräuschvoll, d. h. in aller Ruhe.

dulcedo] sonst 'Lieblichkeit' (Kap. 6, 15; 33, 2); hier 'Lust'.

invasit] absolut: trat ein, d. h. wandelte das Volk an.

3. *L. Atilium*] Er ist im J. 396 wieder Konsulartribun; ebenso *Genucius*, welcher in einer Schlacht fällt (Kap. 18, 8).

4. *ex intemperie caeli*] 'infolge einer Unregelmäßigkeit der Witterung', erklärt durch *raptim ... facta*. Vgl. 22, 2, 10 *ex verna intemperie*.



tionem in contrarium facta, sive alia qua de causa, gravis pestilensque omnibus animalibus aestas exceptit. cuius insanaibili pernicie quando nec causa nec finis inveniebatur, libri Sibyllini ex senatus consulto aditi sunt. duumviri sacris faciundis, lectisternio tunc primum in urbe Romana facto, per dies octo Apollinem Latonamque, Herculem et Dianam, Mercurium atque Neptunum tribus quam amplissime tum apparari poterant stratis lectis placavere. privatim quoque id sacrum celebratum est. tota urbe patentibus ianuis promiscuoque usu rerum omnium in propatulo posito notos ignotosque passim advenas in hospitium ductos ferunt, et cum inimicis quoque benigne ac comiter sermones habitos, iurgiis ac litibus temperatum; vinctis quoque dempta in eos dies vincula; religioni deinde fuisse, quibus eam opem dei tulissent, vinciri.

exceptit] = *secuta est*; Kap. 42, 6. Vgl. 2, 61, 1 *turbulentiore inde annus exceptit*; 25, 23, 8. — Da Livius hier zwischen dem strengen Winter und heißen Sommer die neuen Beamten einführt, das Amtsjahr aber mit dem 1. Oktober begann (Kap. 9, 8), so scheint der Oktober damals in den Frühling gefallen zu sein.

5. *pernicie*] Dies scheint Dativ zu sein; doch kommt die Kontraktion *ē* in der 5. Deklination statt *ei* (nach den neuesten Angaben) an keiner anderen Stelle bei Livius vor.

quando] bei Livius meist kausal, = *quoniam*; Kap. 27, 4; 2, 15, 5; 3, 52, 10; 4, 42, 8 u. 45, 8.

causa] Man machte sich wohl Vermutungen über die äußere Veranlassung der Seuche, kannte aber nicht die tiefere Ursache, den Grund des göttlichen Zornes, aus dem man sie herleitete.

libri Sibyllini] Diese enthielten in griechischen Hexametern Weissagungen über die Schicksale des römischen Volkes. Zur Aufbewahrung und Besorgung derselben waren die *duumviri* eingesetzt worden (seit 368 v. Chr. *decemviri*). Im Auftrage des Senates nahmen sie von den Büchern Einsicht nach schlimmen Ereignissen, aus welchen man den Zorn der Götter zu erkennen glaubte, zu dessen Sühnung außerordentliche Mittel nötig seien (Kap.

50, 2; 3, 10, 7; 7, 28, 7; 10, 31, 8 u. 47, 6).

6. *lectisternio*] Ein neues Mittel, die Götter zu versöhnen, wird hier von den Römern angewendet und später oft wiederholt (7, 2, 2 u. 27, 1; 8, 25, 1). Sie veranstalteten ein Göttermahl, bei welchem die Büsten von sechs Göttern in einem Tempel vor reichlich besetzten Tafeln stehen, je zwei auf einem Ruhebett (*lectus*).

7. *privatim*] Auf welche Weise dieses Fest von den Privaten gefeiert wurde, geben die folgenden Sätze an.

posito] auf *usu* bezogen statt auf *rerum*. Sinn: Alles Mögliche war zum beliebigen Genusse in der Vorhalle hingestellt. Vgl. 3, 29, 5 *epulae instructae dicuntur fuisse ante omnium domos* (beim Triumph des Cincinnatus).

iurgiis ac litibus] Vgl. 38, 51, 8 *cum hodie litibus et iurgiis supersederi aequum sit*. Bei den Römern galt der Grundsatz, daß Zank und Streit an Festtagen ruhen sollten; Cic. de leg. 2, 29 *feriarum festorumque dierum ratio in liberis requietem habet litium et iurgiorum, in servis operum et laborum*.

8. *vinctis*] Es ist wohl an böseartige Sklaven, Verbrecher und Schuldner zu denken.

religioni] Man merke sich die livianische Redensart *religiosum est*, 'man macht sich ein Gewissen dar-

Interim ad Veios terror multiplex fuit tribus in unum 9
bellis collatis. namque eodem, quo antea, modo circa muni-
menta, cum repente Capenates Faliscique subsidio venissent,
adversus tres exercitus ancipiti proelio pugnatum est. ante 10
omnia adiuvit memoria damnationis Sergi ac Vergini. itaque
e maioribus castris, unde antea cessatum fuerat, brevi spatio
circumductae copiae Capenates in vallum Romanum versos ab
tergo adgrediuntur. inde pugna coepta et Faliscis intulit ter- 11
rorem, trepidantesque eruptio ex castris opportune facta avertit.
repulsos deinde insecuti victores ingentem ediderunt caedem.
nec ita multo post iam palatis forte oblatis populatores Ca- 12
penatis agri reliquias pugnae absumpsere. et Veientium re- 13
fugientes in urbem multi ante portas caesi, dum prae metu,
ne simul Romanus irrumperet, obiectis foribus extremos suo-
rum excludere.

Haec eo anno acta. et iam comitia tribunorum militum 14
aderant, quorum prope maior patribus quam belli cura erat,
quippe non communicatum modo cum plebe, sed prope amis-
sum cernentibus summum imperium. itaque clarissimis viris 2
ex composito praeparatis ad petendum, quos praetereundi vere-
cundiam crederent fore, nihilo minus ipsi, perinde ac si omnes
candidati essent, cuncta experientes non homines modo, sed
deos etiam exciebant, in religionem vertentes comitia biennio
habita: priore anno intolerandam hiemem prodigiisque divinis 3
similem coortam, proximo non prodigia sed iam eventus;

aus, man scheut sich? (2, 5, 3; 3, 22, 1; 5, 30, 7 u. 52, 8). Daneben findet sich auch *religio est* (Kap. 40, 8; 2, 62, 2; 6, 27, 4) und *religioni est* (Kap. 31, 6).

9. *collatis*] zusammengezogen.
antea] Kap. 8, 5 fg.

10. *unde*] st. *ubi*, als ob ein Verbium der Bewegung nachfolge (= *non subventum fuerat*).

11. *et Faliscis*] = *etiam Faliscis*, welche vom großen Lager weiter entfernt waren.

12. *populatores*] Livius setzt hier voraus, daß auch in diesem Jahr (vgl. Kap. 12, 5) eine Abteilung römischer Truppen in das Gebiet von Kapena eingefallen war.

13. *Veientium*] zu verbinden mit *multi*, welches durch *refugientes* näher bestimmt wird.

prae] hier zulässig wegen der negativen Bedeutung von *excludere*, = *non intromiserunt* (Subjekt: *Veientes*).

14. 1. *quippe ... cernentibus*] unklassisches Partizip statt eines Satzes mit *quippe qui*.

2. *praeparatis*] 'veranlaßt'. 4, 57, 11 *primoribus patrum ad petendum* (d. h. *ad tribunatum militum petendum*) *praeparatis*.

verecundiam] 'Scheu'. 3, 40, 5 *Claudium interpellandi verecundia fuit*.

exciebant] setzten in Bewegung, riefen zu Hülfe. 22, 14, 7.

in religionem vertere, zum Gegenstand religiöser Bedenken machen: 26, 11, 4; 30, 38, 10. Vgl. Kap. 23, 6.

3. *priore ... proximo*] Letzteres bezeichnet das laufende Jahr, da erst bei § 6 ein neues Jahr beginnt, *priore* (= *superiore*) das letztvergangene.

similem] Wegen seiner ungewöhnlichen Strenge schien er eine himmlische Warnung zu sein.

eventus] scil. *fuisse* (aus *coortam*

- 4 pestilentiam agris urbique inlatam haud dubia ira deum, quos
 pestis eius arcendae causa placandos esse in libris fatalibus
 inventum sit; comitiis, auspiciato quae fierent, indignum dis
 5 visum honores vulgari discriminaque gentium confundi. praeter-
 quam maiestate petentium, religione etiam attoniti homines
 patricos omnis, partem magnam honoratissimum quemque,
 tribunos militum consulari potestate creavere, L. Valerium Po-
 titum quintum, M. Valerium Maximum, M. Furium Camillum
 iterum, L. Furium Medullinum tertium, Q. Servilium Fidenat-
 em iterum, Q. Sulpicium Camerinum iterum.
- 6 His tribunis ad Veios nihil admodum memorabile actum
 7 est; tota vis in populationibus fuit. duo summi imperatores,
 Potitus a Faleriis, Camillus a Capena praedas ingentes egere
 nulla incolumi relicta re, cui ferro aut igni noceri posset.
- 15 Prodigia interim multa nuntiari, quorum pleraque, et
 quia singuli auctores erant, parum credita spreataque, et quia

zu entnehmen); 'Ereignisse', wie sie durch die Prodigien angedeutet wurden, näml. die Pest.

4. quos] Der Relativsatz begründet die Worte: *haud dubia ira deum*.

pestis] meist in übertragenem Sinn ('Verderben'), auch 4, 25, 3 wechselnd mit dem spezielleren *pestilentia*.

in libris fatalibus] Unter diesen Schicksalsbüchern können nach dem Zusammenhang (Kap. 13, 5) nur die *libri Sibyllini* verstanden werden. Vgl. 22, 9, 8 *ut decemviri libros Sibyllinos adire iuberentur; qui inspectis fatalibus libris rettulerunt patribus*. 22, 57, 6; 42, 2, 6.

auspiciato] adverbialer Abl. des Part. von *auspicari*, mit passivem Sinn (vgl. Kap. 11, 7), 'nach angestellter Vogelschau', d. h. nachdem die Götter bei den Auspizien ihre Zustimmung gegeben haben. Kap. 21, 1; 38, 1; 52, 2.

auspiciato quae fierent] Dieser Zusatz soll die Centuriatkomitien unterscheiden von den rein plebejischen Versammlungen zur Wahl der Volkstribune, welche ohne Auspizien gehalten wurden. Die Patrizier wollten den Plebejern (vorab den plebejischen Konsulartribunen) das Recht nicht zugestehen, im

Namen des Staates mit den Göttern zu verkehren (durch Auspizien und Opfer); sie hielten es daher auch für eine Versündigung gegen die Götter, daß die höchsten Ehrenämter allen zugänglich gemacht u. die Unterschiede der Geschlechter und Stände verwirrt wurden.

5. *praeterquam ... etiam*] = *non modo ... sed etiam*. 4, 17, 6; 22, 53, 6; 25, 23, 1; 26, 13, 14; 30, 6, 4.

partem magnam] adverbialer Accus. zur näheren Bestimmung des *omnis* ('lauter'; 4, 6, 11).

L. Valerium] Vgl. Kap. 1, 2.

M. Valerium] Vgl. Kap. 24, 1.

Camillum] Censor 403 v. Chr., sechsmal Konsulartribun (401, 398, 394, 386, 384, 381), fünfmal Diktator (396, 390, 389, 368, 367). Livius hat früher die Censur des Camillus als sein erstes Konsulartribunat gezählt (Kap. 1, 2 u. 10, 1), folgt aber von hier an der gleichen Zählung, wie die andern Quellen.

L. Furium] siebenmal Konsulartribun (407, 405, 398, 397, 395, 394, 391).

Servilium ... Sulpicium] Vgl. Kap. 8, 1.

6. *admodum*] zu verbinden mit *nihil*, 'gar nichts'. 23, 29, 14 *equestris pugna nulla admodum fuit*.

hostibus Etruscis, per quos ea procurarent, haruspices non erant. in unum omnium curae versae sunt, quod lacus in Albano nemore sine ullis caelestibus aquis causave qua alia, quae rem miraculo eximeret, in altitudinem insolitam crevit. quidnam eo di portenderent prodigio, missi sciscitatum oratores ad Delphicum oraculum. sed propior interpretes fatibus oblati senior quidam Veiens, qui inter cavillantes in stationibus ac custodiis milites Romanos Etruscosque vaticinantis in modum cecinit, priusquam ex lacu Albano aqua emissa foret, numquam potiturum Veis Romanum. quod primo velut temere iactum sperni; agitari deinde sermonibus coeptum est, donec unus ex statione Romana percunctatus proximum oppidanorum, iam per longinquitatem belli commercio sermonum facto, quisnam is esset, qui per ambages de lacu Albano iaceret, postquam audivit haruspicem esse, vir haud intacti religione animi, causatus de privati portenti procuratione, si operae illi esset, consulere velle, ad colloquium vatem elicit. cumque progressi ambo a suis longius essent inermes sine ullo metu, praevalens iuvenis Romanus senem infirmum in

15. 1. *hostibus Etruscis*] = *cum Etrusci hostes essent*.

haruspices] Die Beobachtung und Behandlung der von den Göttern erteilten Vorzeichen war namentlich bei den Etruskern kunstmäßig ausgebildet worden. Dagegen die von den römischen Pontifizen überlieferte Prodigienkunde erwies sich oft als mangelhaft, und in vielen Fällen nahm man in Rom zur Sühnung (*procuratio*) von Prodigien etruskische Zeichendeuter oder Haruspizen zu Hülfe (1, 31, 4 und 55, 6).

2. *lacus*] der Albanersee (j. *lago di Albano*), am westlichen Abhang des Albanergebirges (Monte Cavo).

caelestibus aquis] = *imbribus* 4, 30, 7.

3. *oratores*] 'Boten, Unterhändler', welche einen besonderen Auftrag ausrichten (1, 15, 5 u. 38, 2 u. oft).

ad Delphicum oraculum] Tarquinius Superbus hatte seine Söhne dorthin gesandt (1, 56, 5). Sodann hatte vor Anhandnahme der Zwölftafelgesetzgebung eine römische Gesandtschaft Griechenland bereist, um die Gesetze und Einrichtungen verschiedener Städte zu studieren (3, 31, 8), und es war damals schon

die Verehrung des Apollo in Rom heimisch (3, 63, 3). So konnte man jetzt leicht dazu kommen, seine Zuflucht nach Delphi zu nehmen.

4. *fatis oblati*] scil. *est*. Der Abl. *fatis* ist zugesetzt mit Bezug auf § 9.

in modum] 'nach Art, wie', wechselnd mit dem Abl. *modo* (Kap. 22, 3; 33, 7).

cecinit] 'andeutete', stehender Ausdruck von den Aussprüchen der Wahrsager (2, 42, 10).

emissa] 'abgeleitet', durch einen Abzugsstollen, ein *emissarium*.

5. *sermonum*] durch das Adjektiv 'mündlich' zu übersetzen.

ambages] geheimnisvolle Andeutungen.

6. *haud intacti*] Litotes, 'nicht unempfindlich', = empfänglich.

si operae illi esset] *mihī operae est*, 'es lohnt sich mir der Mühe, ich habe Zeit', tritt in negativen und bedingenden Sätzen ein statt *operae pretium est*. 4, 8, 3 u. oft.

consulere velle] scil. *se illum*.

7. *praevalens*] 'mächtig, stark' (praef. 4; 2, 55, 6), wechselnd mit *praevalidus* (z. B. 7, 5, 6 *praevalidum iuvenem*).

conspectu omnium raptum nequiquam tumultuantibus Etruscis
 8 ad suos transtulit. qui cum perductus ad imperatorem, inde
 Romam ad senatum missus esset, sciscitantibus, quidnam id
 9 esset, quod de lacu Albano docuisset, respondit profecto iratos
 deos Veienti populo illo fuisse die, quo sibi eam mentem
 10 obiecissent, ut excidium patriae fatale proderet. itaque, quae
 tum cecinerit divino spiritu instinctus, ea se nec, ut indicta
 sint, revocare posse et tacendo forsitan, quae di immortales
 vulgari velint, haud minus quam celanda effando nefas con-
 11 trahi. sic igitur libris fatalibus, sic disciplina Etrusca tradi-
 tum esse, si quando aqua Albana abundasset, tum, si eam
 Romanus rite emisisset, victoriam de Veientibus dari; ante-
 12 quam id fiat, deos moenia Veientium deserturos non esse. ex-
 sequebatur inde, quae sollemnis derivatio esset. sed auctorem
 levem nec satis fidum super tanta re patres rati decrevere
 legatos sortesque oraculi Pythici exspectandas.

16 Priusquam a Delphis oratores redirent Albanive prodigii
 piacula invenirentur, novi tribuni militum consulari potestate,
 L. Iulius Iulus, L. Furius Medullinus quartum, L. Sergius Fi-
 denas, A. Postumius Regillensis, P. Cornelius Maluginensis,

8. *ad imperatorem*] dem Konsul-
 lartribun, welcher die betreffende
 Legion befehligte. Man erwartet
 eher den Plural.

9. *obiecissent*] 'eingegeben, ein-
 geföflst hätten', da in dem Seher
 der göttliche Geist wirkt (29, 8, 11
*illa pecunia omnibus contactis ea
 violatione templi furorem obiecit*).

fatale] mit Dat., 'drohend'. Kap.
 33, 1.

10. *nec . . . et*] einerseits nicht
 . . . anderseits.

indicta] = *non dicta* (vgl. § 6
intactus).

celanda] d. h. *quae di immortales
 celari velint*.

contrahi] werde begangen, man
 lade auf sich. Kap. 52, 14.

11. *disciplina Etrusca*] die Lehre,
 Wissenschaft der Vejenter über die
 Prodighen, welche in ihren Schick-
 salsbüchern schriftlich niedergelegt
 war.

rite] 'vorschriftsgemäfs, gehörig',
 der *disciplina Etrusca* entsprechend.

dari] = *datum iri*.

deos] die Schutzgötter der Stadt,
 namentlich *Iuno Regina* (Kap. 22, 4).

12. *super tanta re*] Kap. 17, 7.
super findet sich statt *de* bei Ci-

cero nur in [Briefen, dagegen oft
 bei Livius mit *re, rebus* und einem
 Adjektiv.

sortes] 'Aussprüche' (Kap. 16, 8
 u. 23, 1), vom italischen Orakel-
 wesen auf das griechische über-
 tragen, eigentl. Lose, Stäbchen mit
 eingegrabener Schrift, welche der
 das Orakel Befragende warf oder
 zog.

Pythici] Neben der bessern Form
Pythius (23, 11, 3; 29, 10, 6) hat
 zuerst Livius auch die Bildung
Pythicus gebraucht (jedoch nur in
 den ersten Büchern: 1, 56, 12; 5,
 21, 2 u. 23, 1).

Kap. 16—17. Das Jahr 357
 der Stadt: Krieg mit Tarquin-
 nii; der delphische Orakel-
 spruch; Interregnum; Lage
 der Etrusker.

16. 1. *L. Iulius*] Er bekleidete
 dieses Amt zum zweitenmal (vgl.
 Kap. 10, 1), *L. Furius* zwei Jahre
 nach einander, *A. Manlius* zum
 drittenmal (vgl. Kap. 8, 1), *P. Cor-
 nelius* (nach den kapitolinischen
 Fasten *P. f. M. n.*) auch 390. *L.
 Sergius* ist ein Sohn des *M. Ser-
 gius* (Kap. 8, 1), *A. Postumius* ist
 nicht weiter bekannt.

A. Manlius, magistratum inierunt. eo anno Tarquinienses novi 2
 hostes exorti, quia multis simul bellis, Volscorum ad Anxur,
 ubi praesidium obsidebatur, Aequorum ad Labicos, qui Roma-
 nam ibi coloniam oppugnabant, ad hoc Veienti et Falisco et
 Capenati bello occupatos videbant Romanos nec intra muros
 quietiora negotia esse certaminibus patrum ac plebis. inter 3
 haec locum iniuriae rati esse, praedatum in agrum Romanum
 cohortes expeditas mittunt: aut enim passuros inultam eam
 iniuriam Romanos, ne novo bello se onerarent, aut exiguo
 eoque parum valido exercitu persecuturos. Romanis indignitas 4
 maior quam cura populationis Tarquiniensium fuit; eo nec
 magno conatu suscepta nec in longum dilata res est. A. Po- 5
 stumius et L. Iulius non iusto dilectu — etenim ab tribunis
 plebis impediabantur —, sed prope voluntariorum, quos ad-
 hortando incitaverant, coacta manu per agrum Caeretem ob-
 liquis tramitibus egressi redeuntes a populationibus gravesque
 praeda Tarquinienses oppressere. multos mortales obruncant, 6
 omnes exuunt impedimentis, et receptis agrorum suorum spo-
 liis Romam revertuntur. biduum ad recognoscendas res da- 7
 tum dominis, tertio incognita — erant autem ea pleraque

2. *simul*] als Attribut zwischen Adjektiv und Substantiv gestellt.

Labicos] Das Städtchen *Labici* bei Tusculum war 418 v. Chr. von den Römern erobert und daselbst eine römische Kolonie angelegt worden (4, 47, 5).

ad hoc] volkstümlicher Ausdruck, sehr oft bei Sallust und Livius statt *praeterea*, desgleichen *negotia* statt *res*.

certaminibus] Abl. causae, bei den Streitigkeiten über die Besetzung des höchsten Amtes und infolge des Sieges der Patrizier (§ 5).

3. *inter haec*] 'bei diesen Umständen'.

persecuturos] scil. *eam iniuriam*. Caes. 7, 38, 10 *hortatur, ut similitudine suas iniurias persequantur*; Sall. Jug. 14, 23.

4. *populationis*] Gen. obiect., auch mit *indignitas* (= *indignatio*, Unwille) zu verbinden.

magno conatu] auch 7, 6, 9, 'mit großer Anstrengung, Macht'. Vgl. 22, 36, 5 *maiore conatu atque impetu rem actam quam prioribus annis*.

5. *iusto dilectu*] als Abl. modi zu verbinden mit *coacta manu*; doch kann man beim Übersetzen ein *habito* beifügen.

impediabantur] nämll. *iusto dilectu cogere manum*.

prope volunt.] beinahe nur aus Freiwilligen.

incitaverant] nämll. *ad nomina danda*, sich in die Kontrollen eintragen zu lassen (Kap. 10, 4).

agrum Caerētem] oder Caeritem (vgl. Kap. 50, 3), das Gebiet der später durch ihre Heilquellen bekannten Stadt Caere.

6. *agrorum*] 35, 21, 9 *spolia agrorum capta domos mittebant*. Der Ausdruck *spolia* steht hier ungewöhnlich statt *praeda*. Letzteres bezeichnet sonst die erbeuteten Menschen, Tiere und Sachen, *spolia* (Kap. 32, 7; 39, 1) die in der Schlacht gewonnenen Rüstungen und Waffen.

7. *tertio*] scil. *die*, welches aus *biduum* zu entnehmen ist.

ea] Nom. statt Gen. part. (vgl. Kap. 6, 9; 15, 1) wegen der Nähe des Gen. *hostium*.

hostium ipsorum — sub hasta veniere quodque inde redactum, militibus est divisum.

- 8 Cetera bella maximeque Veiens incerti exitus erant; iamque Romani desperata ope humana fata et deos spectabant, cum legati ab Delphis venerunt, sortem oraculi adferentes
 9 congruentem responso captivi vatis: 'Romane, aquam Albanam cave lacu contineri, cave in mare manare suo flumine
 10 sinas; emissam per agros rigabis dissipatamque rivis extingu-
 11 gues; tum tu insiste audax hostium muris, memor, quam per tot annos obsides urbem, ex ea tibi his, quae nunc panduntur,
 12 fatis victoriam datam. bello perfecto donum amplum victor ad mea templa portato sacraque patria, quorum omissa cura est, instaurata, ut adsolet, facito.'
- 17 Ingens inde haberi captivus vates coeptus, eumque adhibere tribuni militum Cornelius Postumiusque ad prodigii Al-
 2 bani procurationem ac deos rite placandos coepere; inventum-

sub hasta] Zeichen der Versteigerung von Staatsgut, oft bei *vendere* und *venire*. Der Ausrufer hielt wohl einen Spei über den feilgebotenen Gegenstand.

8. *Romani*] Sie verzweifelten an ihrer eigenen Kraft und richteten ihre Blicke auf die *fata et deos*. Vgl. 2, 44, 12 *cetera sua sponte fata et deos gesturos*.

9. *lacu contineri*] Der See war noch nicht eigentlich übergestrmt (Kap. 15, 2).

suo flumine] 'in eigenem Laufe', indem es sich selbst einen Abflu schafft (da der frhere wohl durch vulkanische Vorgnge verstopft war).

rigabis] 'ausgieen, verteilen'. Plin. 11, 182 *duae grandes venae ... omnibus membris vitalem sanguinem rigant*; Macrob. 6, 1, 44 *mitemque rigat per pectora somnum*. — Das Futur hat den Sinn des Imperativs.

extingues] das Wasser 'lschen', eine khne Metapher, = aufbrauchen. Vgl. Aesch. Agam. *στιν δλασσα, τίς δ νιν κατασβσει*; — Die trren Gefilde bei Rom bedurften der Bewsserung (Cic. de div. 2, 69).

10. *insiste*] mit Dat., vereinzelt = *insta* 'setze zu', gewhnlich 'auf etwas treten', wie Caes. b. G. 2, 27, 3 *ut proximi iacentibus insi-*

sterent atque ex eorum corporibus pugnarent. Kap. 30, 2.

panduntur] in der dichterischen Bedeutung 'offenbaren, kund thun'. Verg. Aen. 3, 252; 6, 267 u. 723 (*Anchises ordine singula pandit*).

11. *perfecto*] = *confecto*. Vgl. Kap. 4, 9.

templa] poetischer Plural fr den Tempel zu Delphi (Kap. 25, 10; 28, 2).

omissa cura] Dies wird nachher (Kap. 17, 2; 19, 1) nher bestimmt.

instaurata ... facito] = *instaurato, renovato*. Entstanden Bedenken, ob ein Fest auf die richtige und den Gttern angenehme Weise begangen worden sei, so wurde es wiederholt, was man mit dem Verb *instaurare* bezeichnete. Kap. 19, 1; 52, 9.

4. *per vim atque arma]* 'mit Waffengewalt', in den späteren Büchern *vi atque armis*.

immemores et quod in urbe fuerat frumentum incendiis urbis
 absumpserant, et ex agris per eos ipsos dies raptum omne
 5 Veios erat. igitur exercitu diviso partim per finitimos popu-
 los praedari placuit, partim obsidere arcem, ut obsidentibus
 frumentum populatores agrorum praeberent.

6 Proficiscentes Gallos ab urbe ad Romanam experiendam
 virtutem fortuna ipsa Ardeam, ubi Camillus exulabat, duxit;
 7 qui maestior ibi fortuna publica quam sua cum dis homini-
 busque accusandis senesceret, indignando mirandoque, ubi illi
 viri essent, qui secum Veios Faleriosque cepissent, qui alia
 8 bella fortius semper quam felicius gessissent, repente audit
 Gallorum exercitum adventare atque de eo pavidos Ardeates
 consultare. nec secus quam divino spiritu tactus cum se in
 mediam contionem intulisset, abstinere suetus ante talibus
 conciliis,

44 'Ardeates', inquit, 'veteres amici, novi etiam cives mei,
 quando et vestrum beneficium ita tulit et fortuna hoc eguit
 mea, nemo vestrum condicionis meae oblitum me huc pro-
 cessisse putet; sed res ac periculum commune cogit, quod
 2 quisque possit in re trepida praesidii in medium conferre. et
 quando ego vobis pro tantis vestris in me meritis gratiam
 referam, si nunc cessavero? aut ubi usus erit mei vobis, si
 in bello non fuerit? hac arte in patria steti, et invictus bello
 3 in pace ab ingratis civibus pulsus sum. vobis autem, Ardeates,

immemores et ... et] Die Periode ist nicht richtig gebaut, indem *immemores* nicht mit zum zweiten Teile gehört. Der zweite Teil sollte untergeordnet sein.

incendiis] Plur., weil die einzelnen Stadtteile zu verschiedenen Malen niedergebrannt wurden.

6. *ad Romanam* etc.] Diese Bestimmung gehört zu *duxit*.

7. *dis ... accusandis]* Abl. modi ('unter'. 3, 65, 4), ebenso *indignando*.

senesceret] oft metaphorischer Ausdruck: in Trauer und Verdrufs 'sich aufzehren'.

8. *suetus]* nur hier bei Livius; sonst *assuetus*, dreimal mit dem Inf. *vinci* (2, 6, 11; 10, 6, 11; 23, 40, 10).

conciliis] Vgl. Kap. 17, 6.

44. 1. *quando et ... et]* Gründe, warum sie seine Mitbürger geworden sind, Erklärung zu *etiam cives mei*.

beneficium] darin bestehend, dafs sie ihm in ihrer Stadt ein Asyl gewährten.

hoc] näml. dafs er als ihr Mitbürger aufgenommen wurde.

condicionis meae] d. h. dafs es mir als einem neu aufgenommenen Bürger nicht geziemt, in eurer Versammlung als Ratgeber aufzutreten.

praesidii] = auxilii.
in medium conferre] 'in die Öffentlichkeit bringen, der Gesamtheit darbringen'. 3, 34, 4; 6, 6, 18.

2. *in me]* Das Substantiv *meritum* wird auch bei Cicero regelmäfsig mit *in* c. Acc. verbunden, das Verbum *mereor* aber mit *de*.

usus] Verwendung, Nutzen: 1, 56, 3 *urbi multitudinem, ubi usus* (scil. *eius*) *non esset, oneri rebatur esse*; 3, 51, 5 *si quis usus mei est*.

hac arte] = *bellica arte*.

steti] d. h. habe ich eine hervorragende Stellung eingenommen. Vgl. *iacere*.

fortuna oblata est et pro tantis populi Romani beneficiis, quanta ipsi meministis — nec enim exprobranda apud memores sunt — gratiae referendae et huic urbi decus ingens belli ex hoste communi pariendi, qui effuso agmine adventat. gens 4 est, cui natura corpora animosque magna magis quam firma dederit; eo in certamen omne plus terroris quam virium ferunt. argumento sit clades Romana: patentem cepere urbem; 5 ex arce Capitolioque iis exigua resistitur manu; iam obsidionis taedio victi abscedunt vagique per agros palantur. cibo vinoque raptim hausto repleti, ubi nox appetit, prope 6 rivos aquarum sine munimento, sine stationibus ac custodiis passim ferarum ritu sternuntur, nunc ab secundis rebus magis etiam solito incauti. si vobis in animo est tueri moenia 7 vestra nec pati haec omnia Galliam fieri, prima vigilia capite arma frequentesque me sequimini ad caedem, non ad pugnam. nisi victos somno velut pecudes trucidandos tradidero, non recuso eundem Ardeae rerum mearum exitum, quem Romae habui.’

Aequis iniquisque persuasum erat tantum bello virum 45 neminem usquam ea tempestate esse. contione dimissa corpora curant, intenti, quam mox signum daretur. quo dato

3. *fortuna*] mit Gen. Ger. in der Bedeutung ‘Gelegenheit’, wie 21, 41, 4 *conserendi manum fortuna data est*.

beneficiis] 446 v. Chr. wurde das römische Volk von Ardea und Aricia in einem Streite über die Mark der untergegangenen Stadt Corioli zum Schiedsrichter genommen und entschied gegen den Willen des Senats, daß dieses Feld den Römern gehöre (3, 71—72). 444 versprach der Senat einer Abordnung der Ardeaten, bei sich bietender Gelegenheit diesen Gewaltakt gut zu machen, und erneuerte das Bündnis mit ihnen (4, 7, 10). Im nächsten Jahr war in Ardea ein Aufbruch der Plebs gegen die Nobilität, welcher durch ein römisches Heer niedergeschlagen wurde; und 442 wurde unter dem Vorwand, daß in Ardea eine Kolonie angelegt werden solle, das Feld von Corioli größtenteils an Stammesgenossen der Ardeaten, an Rutuler, verteilt (4, 11, 4).

quanta] nachdrücklicher als *quae*, ‘an deren Größe’.

nec enim] = *neque enim*, üblicher als *non enim*.

4. *magna*] auf *corpora* als den Hauptbegriff bezogen (vgl. 24, 2, 3 *urbem ac portum moenibus validam*), übrigen übereinstimmend mit der Regel, daß bei Sachen verschiedenen Geschlechts ein prädikatives Adjektiv ins Neutrum trete.

6. *rivos aquarum*] Pleonasmus, ‘Wasserbäche’. Lucr. 2, 30 *aquae rivum*.

ab secundis rebus] Vgl. Kap. 5, 3.

7. *Galliam fieri*] daß alles Land umher ‘zu G. gehöre, gallisch werde’.

victos somno] Diese Phrase findet sich auch Liv. 9, 30, 9 und Ov. Met. 11, 238.

45. 1. *aequis iniquisque*] ‘Wohl- und Übelgesinnte’. Cic. ad fam. 3, 6, 6 *ego ut me tibi amicissimum esse et aequi et iniqui intellegant curabo*; Liv. 22, 26, 5 *aeque atque iniqui*.

corpora curant] Vgl. Kap. 28, 10. *quam mox*] ‘ob nicht bald’. 3, 37, 5; 34, 11, 4. Cic. Rosc. Com. 1.

2 primo silentio noctis ad portas Camillo praesto fuere. egressi
 haud procul urbe, sicut praedictum erat, castra Gallorum in-
 3 tuta neglectaque ab omni parte nacti cum ingenti clamore
 invadunt. nusquam proelium, omnibus locis caedes est; nuda
 corpora et soluta somno trucidantur. extremos tamen pavor
 cubilibus suis excitos, quae aut unde vis esset, ignaros in
 fugam et quosdam in hostem ipsum improvidos tulit; magna
 pars in agrum Antiatem delati excursione ab oppidanis in
 palatos facta circumveniuntur.

4 Similis in agro Veienti Tuscorum facta strages est, qui
 urbis iam prope quadringentesimum annum vicinae, oppressae
 ab hoste invisitato, inaudito, adeo nihil miseriti sunt, ut in
 agrum Romanum eo tempore incursiones facerent plerique
 praedae Veios etiam praesidiumque, spem ultimam Romani
 5 nominis, in animo habuerint oppugnare. viderant eos milites
 Romani vagantes per agros et congregato agmine praedam
 prae se agentes, et castra cernebant haud procul Veis posita.
 6 inde primum miseratio sui, deinde indignitas atque ex ea ira
 animos cepit: Etruscisne etiam, a quibus bellum Gallicum in
 7 se avertissent, ludibrio esse clades suas? vix temperavere
 animis, quin extemplo impetum facerent; compressi a Q. Cae-
 dicio centurione, quem sibimet ipsi praefecerant, rem in noctem
 8 sustinuerunt. tantum par Camillo defuit auctor; cetera eodem

2. *castra*] zu verbinden mit *nacti*;
 dagegen *invadunt* steht absolut
 (vgl. Kap. 13, 2).

intuta] = *sine munimento*, Kap.
 44, 6.

3. *soluta somno*] 'durch den
 Schlaf entkräftet'. Vgl. z. B. Verg.
 Aen. 12, 951 *illi solvuntur frigore
 membra*; Curt. 8, 9, 32 *nec ullus
 corporibus, quae senectus solvit,
 honos redditur*. Der Schlaf hindert
 die Thätigkeit des Körpers, löst
 seine Kräfte auf, ähnlich wie der
 Tod.

extremos] 'die Äußersten', na-
 mentlich auf der dem Orte des
 Angriffs gegenüberliegenden Seite.

improvidos] 'blindlings'. Dem
quosdam . . . improvidos entspricht
 im Folgenden *magna pars*.

4. *adeo nihil*] = *adeo non, ita
 non*, 'so wenig' (3, 2, 6).

habuerint] neben *facerent*. Vgl.
 Kap. 28, 12.

5. *vagantes*] 'hin- und herstreifen',
 nicht in bestimmter Richtung. Das

Wort schließt nicht den Begriff
 der Zerstreung in sich (wie *palato*)
 und steht nicht im Wider-
 spruch zu *congregato agmine*.

6. *indignitas*] zuweilen 'Unwille'.
 7, 7, 2 *plenis irac atque indigni-
 tatis militum animis*.

Etruscisne etc.] Frage des Un-
 willens, in der Oratio obliqua in
 den Acc. c. Inf. gesetzt: 3, 48, 8.

avertissent] weil die Gallier nach
 der Einnahme von Clusium auch
 andere etruskische Städte ange-
 griffen haben würden (Volsinii,
 Salpinum, Nepete, Sutrium, Tar-
 quinii).

7. *compressi*] 'zurückgehalten,
 beschwichtigt'. 10, 11, 5: *adven-
 tus eius compressit Etruscos*.

praefecerant] offenbar nur, weil
 kein Feldherr, d. h. kein Konsular-
 tribun, in Veji war (Kap. 46, 5).

sustinuerunt] 'zogen . . . hinaus,
 verschoben'. 3, 60, 1 u. 65, 6.

8. *auctor*] Führer 23, 32, 9 *nihil
 deesse aliud quam auctorem, ad
 quem deficerent*.

ordine eodemque fortunae eventu gesta. quin etiam ducibus captivis, qui caedi nocturnae superfuerant, ad aliam manum Tuscorum ad salinas profecti nocte insequenti ex improvise maiorem caedem edidere, duplicique victoria ovantes Veios redeunt.

Romae interim plerumque obsidio segnis et utrimque 46 silentium esse, ad id tantum intentis Gallis, ne quis hostium evadere inter stationes posset, cum repente iuvenis Romanus admiratione in se cives hostesque convertit. sacrificium erat 2 statum in Quirinali colle genti Fabiae. ad id faciendum C. Fabius Dorsuo Gabino cinctu, sacra manibus gerens, cum de Capitolio descendisset, per medias hostium stationes egressus, nihil ad vocem cuiusquam terroremve motus, in Quirinalem collem pervenit; ibique omnibus sollemniter peractis eadem 3 revertens similiter constanti vultu graduque, satis sperans propitios esse deos, quorum cultum ne mortis quidem metu prohibitus deseruisset, in Capitolium ad suos rediit seu attonitis Gallis miraculo audaciae, seu religione etiam motis, cuius haudquaquam neglegens gens est.

Veis interim non animi tantum in dies, sed numerus 4 etiam viresque crescebant. nec Romanis solum eo convenientibus ex agris, qui aut proelio adverso aut clade captae urbis palati fuerant, sed etiam ex Latio voluntariis confluentibus, ut in parte praedae essent, maturum iam videbatur repeti 5 patriam eripique ex hostium manibus; sed corpori valido caput deerat. locus ipse admonebat Camilli, et magna pars 6 militum erat, qui ductu auspicioque eius res prospere ges-

superfuerant] Vgl. Kap. 39, 12.
salinas] Die Salzwerke auf dem rechten Ufer des Tiber bei Ostia (1, 33, 9; 7, 17, 6 u. 19, 8).

46. 1. *inter stationes*] 'zwischen den ... hindurch'. Vgl. Kap. 27, 2. *admiratione*] ungewöhnlicher Abl. modi. 3, 47, 6.

2. *statum*] Part. von *sistere* 'feststellen', daher 'feststehend', d. h. welches alljährlich an einem bestimmten Tag dargebracht wurde: 23, 35, 3 *Campanis omnibus statum sacrificium ad Hamas erat*.

Dorsuo] ein seltener Beinamen der Fabier. Dieser C. Fabius Dorsuo (vgl. Val. Max. 1, 1, 11) ist wahrscheinlich 358 v. Chr. Consul, 345 sein Sohn M. Fabius Dorsuo.

Gabino cinctu] 'in gabinischer Tracht'. Diese bestand darin, daß

bei religiösen Feierlichkeiten (vgl. 8, 9, 9; 10, 7, 3) der Zipfel der Toga, welcher sonst über die linke Schulter herabhing, um die Brust gezogen wurde und die Toga festhielt.

ad] die Veranlassung bezeichnend (vgl. Kap. 37, 5), statt des Abl. causae.

terrorem] Schreckmittel, Drohung.
3. *ne ... quidem*] verneint mit der Nebenbestimmung zugleich das Verbum finitum *deseruisset*.

4. *nec*] = *et non*, die Sätze verbindend und Verneinung zu *solum. ex Latio* welches ebenfalls von den Galliern verwüstet wurde; Kap. 43, 5.

in parte ... esse] Anteil haben an ... (6, 15, 6 u. 37, 4).

5. *videbatur*] näml. der in Veji gesammelten Menge.

serant; et Caedicius negare se commissurum, cur sibi aut deorum aut hominum quisquam imperium finiret potius, quam
 7 ipse memor ordinis sui posceret imperatorem. consensu omnium placuit ab Ardea Camillum acciri, sed antea consulto senatu, qui Romae esset; adeo regebat omnia pudor,
 8 discriminaque rerum prope perditis rebus servabant. ingenti periculo transeundum per hostium custodias erat. ad eam rem Pontius Cominius, impiger iuvenis, operam pollicitus incubans cortici secundo Tiberi ad urbem defertur. inde, qua proximum fuit, a ripa per praeruptum eoque neglectum hostium custodia saxum in Capitolium evadit, et ad magistratus ductus mandata exercitus edit. accepto inde senatus consulto, uti comitiis curiatis revocatus de exilio iussu populi Camillus dictator extemplo diceretur militesque haberent imperatorem, quem vellent, eadem degressus nuntius Veios contendit. missique Ardeam legati ad Camillum Veios eum perduxere, seu illud magis credere libet, non prius profectum ab

6. *negare*] Er will nicht Anlaß bieten, weshalb einer der Götter ihm zürne wegen seines ihm nicht auf gesetzliche Weise übertragenen Oberbefehls oder ein rechtmäßiger Beamter ihn zur Niederlegung desselben zwingt, sondern selbst eingedenk seines niedrigen Standes einen rechtmäßigen Feldherrn fordern.

7. *placuit*] Es wurde darüber in einer Volksversammlung ein förmlicher Beschluß gefaßt.

pudor] das Rechtsgefühl, die Achtung vor Gesetz und Sitte.

discrimina] die Unterschiede in den Befugnissen der Staatsgewalten.

rerum . . . rebus] ein Wortspiel, wie 3, 38, 11: *indignitate rerum cesserant in agros suarumque rerum erant amissa publica* (scil. re).

8. *cortici*] auf einer Unterlage von Kork.

secundo Tiberi] 'über den T. hinab'; so *secundo flumine* (Caes. 7, 58, 5), Gegensatz: *adverso flumine*.

9. *qua proximum fuit*] eine livianische Phrase (35, 22, 3; 37, 37, 4; vgl. 3, 27, 5; 21, 5, 12). Gemeint ist der südwestliche Abhang bei der Porta Carmentalis.

ad magistratus] vor die Konsulartribunen.

10. *comitiis curiatis*] Da Camillus freiwillig ins Exil gegangen war (vgl. Kap. 33, 1), konnte er wahrscheinlich ohne weiteres auch zurückkehren und sein Bürger- und Gentilrecht ausüben. Damit er sich aber dazu leichter entschliefse, fand der Senat gut, daß auch die Patrizier ihn durch einen Beschluß der Kuriatkomitien darum ersuchten, gleichwie das Heer in Veji (§ 7) seine Rückkehr wünschte.

iussu populi] Dies kann der Wortstellung nach nur mit *dictator diceretur* verbunden werden. Vgl. 22, 14, 11 *dictatorem eum* (= *Camillum*) *ex auctoritate patrum iussuque populi dictum*. Der Diktator wurde nach der Sitte von einem Consul oder Konsulartribun ernannt, und zwar nach Senatsbeschluß, aber ohne einen Volksbeschluß. Hier ist es jedoch angemessen, daß bei der Wahl des vom Volk verurteilten und ausgewanderten Camillus auf den Wunsch des Volkes in Veji Gewicht gelegt wird; daher auch der überflüssige Zusatz *militesque . . . vellent*.

11. *missi*] näml. von Veji, mit dem Senatsbeschluß.

seu] 'oder sei es daß', einen ganzen Satz anknüpfend: 3, 8, 2; 26, 38, 13.

magis credere libet] Diese zweite

Ardea, quam compererit legem latam, quod nec iniussu populi mutari finibus posset, nec nisi dictator dictus auspicia in exercitu habere. lex curiata lata est dictatorque absens dictus.

Dum haec Veis agebantur, interim arx Romae Capito-⁴⁷ liumque in ingenti periculo fuit. namque Galli, seu vestigio ² notato humano, qua nuntius a Veis pervenerat, seu sua sponte animadverso ad Carmentis saxo ascensu aequo, nocte sublustri, cum primo inermem, qui temptaret viam, praemisissent, tradentes inde arma, ubi quid iniqui esset, alterni innixi sublevantesque in vicem et trahentes alii alios, prout postulare locus, tanto silentio in summum evasere, ut non custodes ³ solum fallerent, sed ne canes quidem, sollicitum animal ad nocturnos strepitus, excitarent. anseres non fefellere, quibus ⁴ sacris Iunonis in summa inopia cibi tamen abstinebatur. quae res saluti fuit; namque clangore eorum alarumque crepitu excitus M. Manlius, qui triennio ante consul fuerat, vir bello egregius, armis arreptis simul ad arma ceteros ciens vadit et, dum ceteri trepidant, Gallum, qui iam in summo constiterat, umbone ictum deturbat. cuius casus prolapsi cum proximos ⁵ sterneret, trepidantes alios armisque omissis saxa, quibus adhaerebant, manibus amplexos trucidat. iamque et alii congregati telis missilibusque saxis proturbare hostes, ruinaque

Version ist richtig; Camillus ging nicht nach Veji, sondern bestellte einen Reiteroberst, der ihm das Heer entgegenführte (Kap. 48, 5).

legem] scil. *curiatam de Camillo revocando*.

mutari finibus] 'den Wohnsitz wechseln'. Dafs Camillus ohne einen Volksbeschluss das römische Gebiet nicht betreten durfte, ist wohl eine irrige Meinung des Livius.

47. 1. *haec*] die Absendung der Gesandtschaft nach Ardea.

2. *ad Carmentis*] scil. *aedem, sacellum*, welche Wörter bei Livius nach *ad* mit dem Gen. eines Götternamens in der Regel wegfallen, zuweilen auch bei Cicero.

ascensu aequo] Abl. qual., = *qua ascensus aequus erat*, näml. relativ 'leicht', im Vergleich zu den übrigen Punkten.

tradentes] näml. der eine dem andern.

ubi] wie nachher *prout*, mit Coni. iterativus. Vgl. Kap. 25, 2.

alterni etc.] indem sie sich abwechselnd auf einander stützten und sich der Reihe nach hoben und einander hinaufzogen

3. *sollicitum animal*] kollektiver Singular, bei dem Worte *animal* sonst nicht üblich, und freier Gebrauch der Apposition, indem diese nicht blofs von den Hunden auf dem Kapitol zu verstehen ist.

ad] Vgl. Kap. 37, 5.

4. *sacris*] mit Gen., wie Cic. Verr. 1, 48. Vgl. *ἱερός* c. gen.

tamen] das Hindernis in ('ungeachtet') *summa inopia cibi* hervorhebend.

consul] 392 v. Chr. (Kap. 31, 2).

vadit] 'schreitet er einher', vom festen Schritt des Angreifers: 4, 38, 4; 22, 50, 10.

5. *cuius casus prolapsi*] 'sein Sturz im Herunterfallen'. Der Ausdruck entspricht der Phrase *prolapsus cecidit* Kap. 21, 16.

armis omissis] = *armis abiectis*. Diese Phrase findet sich mehrmals bei Livius (21, 8, 12; 11, 13; 58, 3; 33, 9, 11).

- 6 tota prolapsa acies in praiceps deferri. sedato deinde tumultu reliquum noctis, quantum turbatis mentibus poterat, cum praeteritum quoque periculum sollicitaret, quieti datum est.
- 7 Luce orta vocatis classico ad concilium militibus ad tribunos, cum et recte et perperam facto pretium deberetur, Manlius primum ob virtutem laudatus donatusque non ab
- 8 tribunis solum militum, sed consensu etiam militari; cui universi selibras farris et quartarios vini ad aedes eius, quae in arce erant, contulerunt: rem dictu parvam; ceterum inopia fecerat eam argumentum ingens caritatis, cum se quisque victu suo fraudans detractum corpori atque usibus necessariis
- 9 ad honorem unius viri conferret. tum vigiles eius loci, quae fefellerat ascendens hostis, citati; et cum in omnes more militari se animadversurum Q. Sulpicius tribunus militum pronuntiasset, consentiente clamore militum in unum vigilem coicientium culpam deterritus a ceteris abstinuit, reum haud dubium eius noxae approbantibus cunctis de saxo deiecit.
- 11 inde intentiores utrimque custodiae esse, et apud Gallos, quia vulgatum erat inter Veios Romamque nuntios commeare, et apud Romanos ab nocturni periculi memoria.
- 48 Sed ante omnia obsidionis bellique mala fames utrumque
- 2 exercitum urgebat, Gallos pestilentia etiam, cum loco iacente inter tumulos castra habentes, tum ab incendiis torrido et vaporis pleno cineremque, non pulverem modo ferente, cum
- 3 quid venti motum esset. quorum intolerantissima gens umorique ac frigori assueta cum aestu et angore vexata vulgatis velut in pecua morbis moreretur, iam pigritia singulos sepe liendi promiscue acervatos cumulos hominum urebant; bustorumque inde Gallicorum nomine insignem locum fecere.

in praiceps] 'in den Abgrund'.

6. *poterat*] scil. *feri* (d. h. *reliquum noctis quieti dari*).

7. *ad tribunos*] Die Konsulartribunen sind alle auf dem Kapitol anwesend zu denken.

militari] statt des Gen. *militum*, dessen Wiederholung vermieden wurde.

8. *quartarios*] Der *quartarius* (etwa $\frac{1}{8}$ Liter) ist der vierte Teil des *sextarius*, dieser aber der sechste Teil des *congus*.

rem] Apposition zum ganzen Satz; 4, 17, 4.

eam] Man erwartet *id* in Übereinstimmung mit *argumentum*; doch ist *eam* nachdrücklicher. 3, 38, 3; 4, 28, 5.

9. *more militari*] Vgl. Kap. 19, 4.

10. *reum*] hier Subst., 'Träger'.

11. *ab*] Vgl. Kap. 5, 3.

48. 2. *inter tumulos*] = *inter colles* (3, 7, 2). Livius scheint anzunehmen, daß die Niederungen sumpfig waren, und daß das Austrocknen derselben Fieber erzeugte.

torrido] 'trocken, dürr'. 4, 30, 8 *circa torridos fontes rivosque*.

ferente] vom Ort, 'welcher aufsteigen liefs'.

3. *assueta*] zuweilen mit Dativ (21, 16, 5; 24, 23, 10 u. 24, 2); in anderem Sinne Kap. 54, 3.

angore] 'Beängstigung, Beklemmung', infolge der Hitze und Trockenheit (vgl. 3, 6, 3).

bustorum] Nach 22, 14, 11 lagen die *busta Gallica* mitten in der Stadt. Der Ort läßt sich nicht

Indutiae deinde cum Romanis factae et colloquia per- 4
missu imperatorum habita; in quibus cum identidem Galli
famem obicerent eaque necessitate ad deditionem vocarent,
dicitur avertendae eius opinionis causa multis locis panis de
Capitolio iactatus esse in hostium stationes. sed iam neque dissi- 5
mulari neque ferri ultra fames poterat. itaque dum dictator dilec-
tum per se Ardeae habet, magistrum equitum L. Valerium a
Veis adducere exercitum iubet, parat instruitque, quibus haud
impar adoriatur hostes, interim Capitolinus exercitus stationibus 6
vigiliisque fessus, superatis tamen humanis omnibus malis,
cum famem unam natura vinci non sineret, diem de die pro-
spectans, ecquod auxilium ab dictatore appareret, postremo 7
spe quoque iam, non solum cibo deficiente et, cum stationes
procederent, prope obruentibus infirmum corpus armis vel
dedi vel redimi se, quacumque pactione possent, iussit, iactan-
tibus non obscure Gallis haud magna mercede se adduci posse,
ut obsidionem relinquunt. tum senatus habitus tribunisque 8
militum negotium datum, ut paciscerentur. inde inter Q. Sul-
piciam tribunum militum et Brennum, regulum Gallorum,
colloquio transacta res est, et mille pondo auri pretium populi
gentibus mox imperaturi factum. rei foedissimae per se ad- 9
iecta indignitas est; pondera ab Gallis adlata iniqua, et tri-
buno recusante additus ab insolente Gallo ponderi gladius,
auditaque intoleranda Romanis vox: vae victis.

Sed diique et homines prohibuere redemptos vivere Roma- 49

näher bestimmen; auch der Ur-
sprung des Namens ist ungewiss.

4. *multis locis*] Übertreibung.
Val. Max. 7, 4, 3 *panes iacere compluribus e locis coeperunt*.

5. *L. Valerium*] scil. *Potitum Publicolam*, Konsulartribun 394 v. Chr. (vgl. Kap. 26, 2), nicht wohl dessen Vater (vgl. zu Kap. 39, 13).

adducere] nicht nach dem entfernten Ardea, aber über den Tiber, dem Diktator entgegen.

quibus] = *ea, quibus*.

6. *stationibus vigiliisque*] Erstere sind größere Wachtposten während des Tages, letztere kleinere Wachen zur Nachtzeit.

tamen] bezeichnet den Gedanken als einen Gegensatz zu *fessus*.

diem de die] 'Tag für Tag'. 25, 25, 4.

7. *cum*] mit Coni. iterativus (vgl. Kap. 1, 7): 'so oft die Posten vorrückten, ausrückten'.

possent] näml. die Vorgesetzten; § 8.

8. *pondo*] zu 327, 5 Gramm.

imperaturi] 'welches ... herrschen sollte'.

9. *indignitas*] 'unwürdige Behandlung'.

iniqua] 'unbillige', weil 'unrichtige'.

49. 1. — *que et*] oft bei Livius, doch nur zur Verbindung zweier Wörter, nicht von Sätzen (Kap. 51, 3).

prohibuere] 'verhinderten es, das ... mußten', mit Acc. c. Inf., wie § 8. — Der Loskauf wurde ohne Zweifel vollzogen; aber der Gedanke, das ihre Nation einmal ihr Dasein mit Geld erkaufte habe,

war den späteren Römern unerträglich, und es entstand die Sage, Camillus habe den Handel durch seine Dazwischenkunft so gut wie ungeschehen gemacht.

redemptos] prädikative Bestimmung ('als').

nos. nam forte quadam, priusquam infanda merces perficeretur, per altercationem nondum omni auro appenso dictator intervenit, auferrique aurum de medio et Gallos summoveri iubet. cum illi renitentes pactos dicerent sese, negat eam pactionem ratam esse, quae, postquam ipse dictator creatus esset, iniussu suo ab inferioris iuris magistratu facta esset; denuntiatque Gallis, ut se ad proelium expediant. suos in acervum coicere sarcinas et arma aptare ferroque, non auro recuperare patriam iubet, in conspectu habentis fana deum et coniuges et liberos et solum patriae deforme belli malis et omnia, quae defendi repetique et ulcisci fas sit. instruit deinde aciem, ut loci natura patiebatur, in semirutae solo urbis et natura inaequali, et omnia, quae arte belli secunda suis eligi praeparative poterant, providit. Galli nova re trepidi arma capiunt, iraque magis quam consilio in Romanos incurrunt. iam verterat fortuna, iam deorum opes humanaque consilia rem Romanam adiuwabant. igitur primo concursu haud maiore momento fusi Galli sunt, quam ad Aliam vicerant.

Iustiore altero deinde proelio ad octavum lapidem Gabina via, quo se ex fuga contulerant, eiusdem ductu auspicioque Camilli vincuntur. ibi caedes omnia obtinuit; castra capiuntur, et ne nuntius quidem cladis relictus. dictator recuperata ex hostibus patria triumphans in urbem rediit, interque iocos militares, quos inconditos iaciunt, Romulus ac parens patriae conditorque alter urbis haud vanis laudibus appellabatur.

forte] gewöhnlich Adverb, bei Livius auch Substantiv mit dem Adjektiv *quadam* (1, 4, 4; 3, 64, 4). *perficeretur*] 'entrichtet, ganz ausgezahlt wurde'.

2. *iniussu suo*] Nach der Wahl eines Diktators können die übrigen Magistrate nur in seinem Auftrage mit dem Feinde unterhandeln; auch der Senat (Kap. 48, 8) kann ohne Zustimmung des Diktators keine Vollmacht zu Unterhandlungen erteilen.

3. *fana deum*] den Tempel auf dem Kapitol. Vielleicht waren auch andere Tempel nicht ganz zerstört worden (vgl. Kap. 50, 2).

ulcisci] passiv: 2, 17, 7 *ob iras graviter ultas*; Sall. Jug. 31, 8 *quicquid sine sanguine civium ulcisci nequitur, iure factum sit*.

5. *verterat*] reflexiv (vgl. Kap. 18, 9); sonst *versa est fortuna*.

momento] 'Kraftanstrengung'; 21,

43, 11 *perlevi momento victi sunt*; 23, 24, 7; 24, 34, 2.

6. *omnia obtinuit*] seltsamer Ausdruck, 'war allgemein'.

ne nuntius quidem cladis relictus] eine übertreibende Phrase: 4, 10, 5 *via nuntius caedis relictis*; Hirt. b. G. 8, 21 *via refugisse nuntios caedis*; Cic. Pomp. § 25; Liv. 27, 49, 9 *supersint, inquit, aliqui nuntii et hostium cladis et nostrae virtutis*.

7. *militares*] = *militum*. Daraus ist das Subjekt zu *iaciunt* zu entnehmen. Vgl. 4, 53, 11 *inconditi versus militari licentia iactati*.

inconditos] kunstlos, in kunstlosen Versen (4, 20, 2; 27, 37, 13).

iaciunt] Das Präsens deutet an, daß noch zur Zeit des Livius der Triumphator sich die ausgelassenen Scherze seiner Krieger gefallen lassen mußte.

conditor alter urbis] Diese Bezeichnung (vgl. 7, 1, 10) verdiente

Servatam deinde bello patriam iterum in pace haud dubie servavit, cum prohibuit migrari Veios, et tribunis rem intentius agentibus post incensam urbem et per se inclinata magis plebe ad id consilium; eaque causa fuit non abdicandae post triumphum dictaturae, senatu obsecrante, ne rem publicam in incerto relinqueret statu.

Omnium primum, ut erat diligentissimus religionum cultor, quae ad deos immortales pertinebant, rettulit; et senatus consultum facit: fana omnia, quoad ea hostis possedisset, restituerentur expiarenturque, expiatioque eorum in libris per duumviros quaeretur; cum Caeritibus hospitium publice fieret, quod sacra populi Romani ac sacerdotes recepissent, beneficioque eius populi non intermissus honos deum immortalium esset; ludi Capitolini fierent, quod Iuppiter Optimus Maximus suam sedem atque arcem populi Romani in re trepida tutatus esset, collegiumque ad eam rem M. Furius dictator constitueret ex eis, qui in Capitolio atque arce habitarent. expiandae etiam vocis nocturnae, quae nuntia cladis ante bellum Gallicum audita neglectaque esset, mentio inlata, iussumque templum in Nova via Aio Locutio fieri. aurum, quod Gallis

Camillus eigentlich erst nachher, indem er der Auswanderung nach Veji entgegentrat u. den Wiederaufbau Roms betrieb.

8. *cum*] dem Hauptsatze folgend u. eine Erklärung einleitend, mit Perf. Ind., 'dadurch dafs, indem': Kap. 52, 3; 6, 8, 6; 9, 34, 9; 10, 8, 3.

migrari] = *ne migraretur*. Vgl. § 1.

intentius] als vor fünf Jahren; Kap. 24, 7.

9. *fuit*] näml. *Camillo*.

50, 1. *ut . . . cultor*] Das Verfahren des Camillus wird aus seinem Charakter erklärt. Vgl. Kap. 41, 9. *rettulit*] näml. *ad senatum*.

2. *facit*] 'erwirkt, setzt durch'. 4, 11, 3.

in libris] scil. *Sibyllinis*. Vgl. Kap. 13, 5.

3. *publice*] von Staats wegen, durch den Senat (Kap. 28, 5). Durch dieses öffentliche Gastrecht erhielten alle Bürger der Gemeinde Caere dieselben Rechte, wie sonst einzelne vom Staate anerkannte Gastfreunde.

recepissent] Vgl. Kap. 40, 10.

4. *ludi Capitolini*] Es waren *ludi*

sollemnes, d. h. sie wurden alljährlich gefeiert (Kap. 52, 11); doch werden sie später nicht mehr erwähnt. Vielleicht fanden sie während des Latinerfestes statt (vgl. Kap. 17, 2).

collegium] Es wird eine religiöse Genossenschaft eingerichtet, welche dauernd die Besorgung der neu eingeführten Kultushandlung übernimmt. Cicero erwähnt sie in einem Briefe (ad Q. fr. 2, 5, 2).

qui . . . habitarent] Sechs Jahre später (384 v. Chr., nach dem Sturze des M. Manlius) wurde ein Volksbeschluss gefasst, *ne quis patricius in arce aut Capitolio habitaret* (6, 20, 13). Ob dies zur Folge hatte, dafs das Kollegium der Kapitoliner nun blofs aus Plebejern bestand, oder ob man es anders eingerichtet habe, ist ungewifs.

5. *templum*] nach Kap. 32, 6 ein *sacellum*. Man erkannte jetzt in dem Rufe die Stimme eines Gottes, welcher wegen der Vernachlässigung seiner Warnung versöhnt werden müsse.

6. *quod Gallis ereptum erat*] näml. das ihnen abgewogene Lösegeld,

ereptum erat, quodque ex aliis templis inter trepidationem in Iovis cellam collatum, cum, quo referri oporteret, confusa memoria esset, sacrum omne iudicatum et sub Iovis sella poni iussum. iam ante in eo religio civitatis apparuerat, quod, cum in publico deesset aurum, ex quo summa pactae mercedis Gallis confieret, a matronis collatum acceperant, ut sacro auro abstineretur. matronis gratiae actae honosque additus, ut earum, sicut virorum, post mortem sollempnis laudatio esset.

8 His peractis, quae ad deos pertinebant quaeque per senatum agi poterant, tum demum agitantibus tribunis plebem assiduis contionibus, ut relictis ruinis in urbem paratam Veios transmigrarent, in contionem universo senatu prosequente descendit atque ita verba fecit:

51 „Adeo mihi acerbae sunt, Quirites, contentiones cum tribunis plebis, ut nec tristissimi exilii solacium aliud habuerim, quoad Ardeae vixi, quam quod procul ab his certaminibus eram, et ob eadem haec non, si milies senatus consulto populi-

welches ihnen Camillus Kap. 49, 1 wieder abgenommen hatte.

in Iovis cellam] Der kapitolinische Tempel enthielt eine Kapelle des Juppiter Optimus Maximus, eine der Minerva und eine der Juno Regina. Juppiter war in seiner Kapelle auf einem Sessel thronend dargestellt; unter diesem wurde nun das heilige Gold niedergelegt.

7. *quod* etc.] Da das von den Galliern geforderte Lösegeld die Summe des im Staatsschatz (*in publico*; vgl. Kap. 22, 1) vorhandenen Goldes überstieg, so legten die auf dem Kapitol wohnenden u. die (nach Kap. 40, 4) dorthin geflohenen Damen den Rest aus ihrem Goldschmuck zusammen.

confieret] = *conficeretur*. Das Wort ist aus der Umgangssprache genommen (vgl. Plaut. Trin. 408). Es findet sich nur hier bei Livius, einmal bei Caesar (7, 58, 2) u. in drei Briefen an Cicero.

additus] zu den Ehren, welche ihnen schon verliehen waren (Kap. 25, 9).

laudatio] 'Leichenrede', von einem Verwandten gehalten. — Dieses Ehrenrecht der Damen muß bald wieder in Vergessenheit geraten sein; denn Cicero (*de or.* 2, 44) meint, Q. Catulus, der Kollege des

Marius im Konsulat 102 v. Chr., habe zuerst einer Frau (nämlich seiner Mutter) eine Leichenrede gehalten.

8. *quaeque*] Das Relativum ist wiederholt, weil die beiden Relativsätze nicht die gleichen Gegenstände bezeichnen. Der zweite ist auf die den Matronen zuerkannte Dank- u. Ehrenbezeugung zu beziehen.

tum demum] nach dem Abl. abs. nachdrücklich den Zeitpunkt der Haupthandlung hervorhebend: 36, 2, 1; 44, 23, 5.

in contionem descendit] Er kam mit dem Senat aus der vom Brande verschonten Curia Hostilia (vgl. Kap. 55, 1) zu der auf dem Comitium versammelten Plebs u. bestieg einen erhöhten Punkt (die Rednerbühne). Die nämliche Phrase findet sich 2, 7, 7 u. 3, 49, 4.

Kap. 51—54. Rede des Camillus gegen eine Auswanderung nach Veji.

51, 1. *nec* korrespondiert mit dem folgenden *et*.

non] des Nachdrucks wegen durch einen Bedingungsatz von seinem Verbum getrennt: 3, 45, 8; 7, 32, 15.

si revocaretis . . . rediturus fuerim] Dies ist ein hypothetischer Satz des irrationalen Falles. Er heißt unabhängig: *non si me milies revocavissetis, um-*

que iussu revocaretis, rediturus umquam fuerim. nec nunc 2
 me, ut redirem, mea voluntas mutata sed vestra fortuna per-
 pulit; quippe, ut in sua sede maneret patria, id agebatur, non
 ut ego utique in patria essem. et nunc quiescerem ac tacerem
 libenter, nisi haec quoque pro patria dimicatio esset, cui
 deesse, quoad vita suppetat, aliis turpe, Camillo etiam nefas
 est. quid enim repetimus, quod obsessam ex hostium mani- 3
 bus eripuimus, si recuperatam ipsi deserimus et, cum victori-
 bus Gallis, capta tota urbe, Capitolium tamen atque arcem
 diique et homines Romani tenuerint et habitaverint, victoribus
 Romanis, recuperata urbe, arx quoque et Capitolium deseretur
 et plus vastitatis huic urbi secunda nostra fortuna faciet, quam
 adversa fecit?

Equidem, si nobis cum urbe simul conditae traditaeque per 4
 manus religiones nullae essent, tamen tam evidens numen hac
 tempestate rebus adfuit Romanis, ut omnem neglegentiam

quam redissem. Hier ist er von *ut* abhängig gemacht; er könnte des-
 halb gleichwohl die unabhängige
 Form haben. Doch ist es üblicher,
 daß nach *ut, ne, quin* statt des
 Konj. Plusqpf. im Folgerungssatz
 der Konj. Perf. der Coniugatio peri-
 phrastica eintritt. Dies hat hier
 zur Folge, daß im Bedingungssatz
 das Imperf. *revocaretis* stehen kann
 (und daß ich eben deswegen auch
 nicht jemals willens war zurück-
 kehren, wenn ihr . . . würdet?);
 vgl. 4, 38, 5; 26, 26, 7; 37, 14, 5;
 38, 31, 3; 44, 20, 1.

2. *nec nunc . . . et nunc*] Das
 erste *nunc* bezeichnet die Wirklich-
 keit (= da ich nun aber doch zu-
 rückgekehrt bin) im Gegensatz zu
ob eadem haec non . . . fuerim, das
 zweite aber die Gegenwart des
 Sprechenden.

id agebatur ist hinter den Satz
 mit *ut* gestellt, um diesen hervor-
 zuheben. Weniger nachdrucksvoll
 wäre der Satz: *quippe non id age-
 batur, ut ego . . . essem, sed ut* etc.

suppetat] Konj., weil der Tem-
 poralsatz eine Bestimmung zu dem
 Inf. *deesse* ist.

1—3. Einleitung: Dem Redner
 sind die Streitigkeiten mit den Tri-
 bunen zuwider; aber die Liebe zum
 Vaterlande, welches er im Kampf
 gegen äußere Feinde gerettet hat,

zwingt ihn, einem Auswanderungs-
 plan entgegenzutreten.

3. *quid enim*] Der Satz begründet
 die Worte: *haec quoque pro patria
 dimicatio est.*

repetimus] näml. *eam*, auf die
 vorher dreimal genaante *patria* zu
 beziehen.

ipsi] Dies ist zugesetzt, um auf
 das freiwillige Aufgeben der
 Stadt Gewicht zu legen.

diique et homines] So heißt der
 Nomin. auch Kap. 49, 1; dagegen
 als Dat. u. Abl. steht *dis hominibus-
 que* (§ 8 u. 9; 43, 7; 52, 17).

4. Die Auswanderung wird zu-
 nächst bekämpft aus religiösen
 Gründen (bis Kap. 52, 14), dann aus
 politischen Gründen.

equidem] 'fürwahr', den ganzen
 Gedanken bekräftigend, während
 sich *quidem* nur auf ein einzelnes
 Wort bezieht. Cicero gebraucht
equidem nur in solchen Versiche-
 rungen, welche sich auf den Reden-
 den beziehen, d. h. mit der ersten
 Pers. Sing. (Kap. 53, 7 u. 54, 3). Die
 Verbindung mit der 2. u. 3. Person
 ist überhaupt selten, z. B. Sall. Cat.
 52, 16 (*vanum equidem hoc consilium
 est*) u. 58, 4 (*scitis equidem*).

per manus] 'von Hand zu Hand',
 zuweilen verstärkend zu dem Ver-
 bum *tradere* gesetzt (1, 3, 9; 9,

5 divini cultus exemptam hominibus putem. intuemini enim
 horum deinceps annorum vel secundas res vel adversas; in-
 6 venietis omnia prospera evenisse sequentibus deos, adversa
 spernentibus. iam omnium primum Veiens bellum — per
 quot annos quanto labore gestum! — non ante cepit finem,
 7 quam monitu deorum aqua ex lacu Albano emissa est. quid
 haec tandem urbis nostrae clades nova? num ante exorta est,
 quam spreta vox caelo emissa de adventu Gallorum, quam
 gentium ius ab legatis nostris violatum, quam a nobis, cum
 vindicari deberet, eadem negligentia deorum praetermissum?
 8 igitur victi captique ac redempti tantum poenarum dis homini-
 busque dedimus, ut terrarum orbi documento essemus. adversae
 9 deinde res admonuerunt religionum. confugimus in Capitolium
 ad deos, ad sedem Iovis Optimi Maximi; sacra in ruina rerum
 nostrarum alia terrae celavimus, alia aevecta in finitimas urbes
 amovimus ab hostium oculis; deorum cultum, deserti ab dis
 10 hominibusque, tamen non intermisimus. reddidere igitur patriam

17, 10; Caes. 7, 25, 2; 8, 15, 5.
 Quint. 12, 4, 1).

5. *deinceps*] Das Adverb vertritt in dieser Stellung ein Adjektiv: der letzten auf einander folgenden Jahre, der letzten Jahre der Reihe nach. 21, 52, 5 *omnem deinceps agrum usque ad Padi ripas*.

invenietis] An einen Imperativ schließt sich oft ein Futur, um anzugeben, welches die Folge sein werde, wenn das Befohlene geschehe: Wir verbinden die Sätze mit 'und'; im Lateinischen darf *iam* oder *tum* stehen, aber keine Konjunktion.

prospera ... adversa] prädikativer Nomin. bei *evenire*, wie oft bei *evadere*; doch könnte auch das Adverb *prosperare* stehen.

spernentibus] näml. *nobis deos*.

6. *iam omnium primum*] 'fürs allerersten', Formel des Übergangs von der allgemeinen Behauptung zu den einzelnen Thatsachen; ebenso 22, 37, 5 u. 28, 39, 5. Daneben findet sich auch *iam primum omnium* (1, 1, 1; 3, 19, 12; 21, 62, 7).

quot ... quanto] zwei Fragewörter, während wir für eines das Demonstrativum setzen: Kap. 5, 11; 26, 13, 6; 30, 42, 18.

7. *spreta*] scil. *est*.

violatum] Vgl. Kap. 36, 6.

vindicari] Subjekt ist *gentium ius*. Im Deutschen setzt man zu *vindicari* und *praetermissum* besser das Subjekt 'seine Verletzung' oder 'dies'.

8. *captique ac redempti*] Die Römer konnten das Kapitol nicht länger behaupten; es war so gut als eingenommen. Sie waren 'gefangen', und sie hatten den Vertrag über ihren Loskauf vollkommen verabredet, wenn er auch infolge der Dazwischenkunft des Camillus nicht ausgeführt wurde.

dedimus] Der Redner setzt hier u. nachher schonend die erste Pers. Plur. statt der zweiten, als wäre er dabei gewesen.

deinde] ungenau, indem das Folgende nicht erst nach dem Loskauf geschah.

9. *confugimus*] Man wich zwar zunächst auf den festesten Punkt zurück; jedoch war damit auch die Absicht verbunden, die Götter zu verteidigen (Kap. 39, 10).

terrae celavimus] Vgl. Kap. 40, 8. Der nachklassische Lokativ *terrae* heißt teils 'in die Erde' (Verg. G. 2, 290 *penitus terrae defigitur arbos*; Mor. 123 *terrae condit aratrum*; Flor. 1, 13, 11; Lucan. 1, 607) teils 'auf die Erde' (z. B. *terrae procumbere* Ov. Met. 2, 347 u. 5, 122).

et victoriam et antiquum belli decus amissum, et in hostes, qui caeci avaritia in pondere auri foedus ac fidem fefellerunt, verterunt terrorem fugamque et caedem.

Haec culti neglectique numinis tanta momenta in rebus 52
humanis cernentes ecquid sentitis, Quirites, quantum vixdum
e naufragiis prioris culpa cladisque emergentes paremus nefas?
urbem auspicato inauguratoque conditam habemus; nullus locus 2
in ea non religionum deorumque est plenus; sacrificiis sollempni-
bus non dies magis statim quam loca sunt, in quibus fiant. hos 3
omnes deos publicos privatosque, Quirites, deserturi estis?
quam par vestrum factum *ei* est, quod in obsidione nuper in
egregio adolescente C. Fabio non minore hostium admiratione
quam vestra conspectum est, cum inter Gallica tela degressus
ex arce sollempne Fabiae gentis in colle Quirinali obiit? an 4
gentilicia sacra ne in bello quidem intermittere, publica sacra
et Romanos deos etiam in pace deseri placet, et pontifices
flaminesque negligentiores publicarum religionum esse, quam
privatus in sollempni gentis fuerit?

Forsitan aliquis dicat aut Veis ea nos facturos aut huc 5
inde missuros sacerdotes nostros, qui faciant; quorum neutrum
fieri salvis caerimoniis potest. et ne omnia generatim sacra 6
omnesque percenseam deos, in Iovis epulo num alibi quam in

10. *foedus ac fidem*] den Vertrag u. das beim Abschluß desselben gegebene Wort. Vgl. 1, 28, 9 *fidem ac foedera servare*.

52. 1. *momenta*] Einflüsse, Folgen. *ecquid sentitis*] Diese Frage findet sich auch 3, 11, 12 und 4, 3, 8. *ecquid* neigt hin zur Bejahung (= *nonne*), wie *numquid* zur Verneinung.

2. *auspicato*] Kap. 14, 4. *inaugurato*] nicht verschieden von dem Simplex *augurato* (nach Befragung des Auguriums). Vgl. 1, 18, 6 *Romulus augurato urbe condenda regnum adeptus est*. Das Wort erinnert an 1, 6, 4: *ut di auguriis legerent, qui nomen novae urbi daret, qui conditam imperio regeret, Palatium Romulus, Remus Aventinum ad inaugurandum templa capiunt etc.*

religionum] fromme Gebräuche, Gottesdienst. § 4.

3. *privatos*] die Laren u. Penaten u. die Schutzgötter der Geschlechter (*gentes*).

quam par] *quam* (sonst 'wie sehr')

steht hier ironisch, = wie wenig. 28, 42, 20 *quam compar consilium tuum parentis tui consilio sit, reputa*; Cic. p. Sulla 33 *attende, quam ego defugiam auctoritatem consulatus mei*.

sollemne] Substantiv, wie Kap. 1, 4.

4. *an*] Schluß vom Kleineren auf das Größere in der Form einer ironischen Frage.

publica sacra] den öffentlichen Gottesdienst, welcher von den Priestern des Staates geleitet wurde.

5. *quorum*] Zurückweisung der beiden fingierten Vorschläge, begründet in § 6–8.

6. *generatim*] nach den einzelnen Geschlechtern der Patrizier. Vgl. Caes. b. G. 1, 51, 2 *copias generatim constituerunt*; 7, 19, 2 *generatim distributi*.

in Iovis epulo] Während der *Iudi plebei* hielt der Senat am 15. Nov. ein feierliches Banket auf dem Kapitol. An demselben nahmen auch die Götter des kapitolinischen Tempels teil, um ihre Freundschaft für die den Staat leitende Rats-

- 7 Capitolio pulvinar suscipi potest? quid de aeternis Vestae ignibus signoque, quod imperii pignus custodia eius templi tenetur, loquar? quid de ancilibus vestris, Mars Gradive tuque Quirine pater? haec omnia in profano deseri placet sacra,
- 8 aequalia urbi, quaedam vetustiora origine urbis? et videte, quid inter nos ac maiores intersit. illi sacra quaedam in monte Albano Laviniique nobis facienda tradiderunt; — an ex hostium urbibus Romam ad nos transferri sacra

versammlung zu bezeugen; Juppiter wurde auf einen *lectus* gesetzt (vgl. Kap. 13, 6), Juno u. Minerva auf Stühle u. ihnen Speisen aufgetragen.

pulvinar] ein aus Kissen u. Decken zusammengefügtter Sitz, namentlich für einen Gott. Die Phrase *pulvinar suscipi* findet sich nur hier u. scheint zu bedeuten 'einen Göttersitz aufstellen, einrichten'; vgl. § 12.

7. *quid loquar?*] Vgl. Kap. 5, 6.

signo] das Palladium, ein hölzernes Bild der Pallas, mit einem Speer in der Rechten und einer Spindel in der Linken. Es sollte vom Himmel gefallen, im Besitze der trojanischen Könige gewesen u. von Aeneas nach Italien gebracht worden sein. Es wurde im Tempel der Vesta aufbewahrt, u. sein Besitz galt als Bedingung und Bürgschaft für den Bestand des Staates (vgl. Ov. Fast. 6, 419—454). Beim Einbruch der Gallier war es wahrscheinlich vergraben worden (Kap. 40, 8).

de ancilibus] Das Wort *ancile* ist gebildet aus *an* u. *caedo* (vgl. *solium* von *sedere*) und bezeichnet einen ovalen Schild, welcher auf den beiden längeren Seiten ausgeschnitten ist. Ein solcher soll auf ein Gebet des Numa als Unterpfand der Herrschaft vom Himmel gefallen sein. Der Schmied Mamurius fertigte noch elf andere an. Die Priester des Mars Gradivus, die *Salii Palatini*, trugen sie bei ihren Umzügen (1, 20, 4). Tullus Hostilius fügte zwölf *Salii Quirinales* hinzu (1, 27, 7).

in profano] 'auf entweihem Boden', indem nach der Übersiedlung Veji als geweihte Stadt gelten, Rom seine durch den Einfall der

Gallier geschädigte Weihe (vgl. Kap. 50, 2) ganz verlieren würde.

vetustiora] Der Dienst der Vesta wurde von Alba Longa nach Rom herübergenommen, soll doch Rhea Silvia eine Vestalin gewesen sein (1, 3, 11).

8. *et videte*] eine von Cicero nicht gebrauchte Form des Übergangs zu einem neuen Argument (Kap. 53, 3; 29, 17, 8).

in monte Albano] das Latinerfest (Kap. 17, 2); auch meinte man, daß bei der Zerstörung von Alba Longa die Tempel stehen geblieben seien (1, 29, 6).

Lavinii] Lavinium soll von Aeneas gegründet und die Mutterstadt von Alba Longa sein. Der römische Cultus stammte also aus Lavinium u. Alba Longa, wurde jedoch durch den Zutritt der Sabiner unter Titus Tatius u. der Etrusker unter Caecilius Vibenna umgestaltet u. durch Numa geordnet. Tatius soll bei einem Opfer zu Lavinium ermordet worden sein (1, 14, 2). Später opferten die römischen Flamines u. Augurn alljährlich am Fest der Penaten zu Lavinium im Namen des Volkes, ebenso die höheren Beamten nach Antritt ihres Amtes oder beim Abgang in die Provinzen. Vgl. z. B. Val. Max. 1, 6, 7: (*Mancinus consul in Hispaniam iturus cum Lavinii sacrificium facere vellet, pulli cavea emissi in proximam silvam fugerunt*). Schwegler 1, 318.

an] Es folgt ein Schluß *a minore ad maius* in Form zweier asyndetischer Fragen. Wir ordnen die erste Frage als kausalen Nebensatz unter.

ex hostium urbibus] Diese Bezeichnung paßt wohl auf Alba Longa; dagegen ist von Feindseligkeiten

religiosum fuit, hinc sine piaculo in hostium urbem Veios transferemus?

